
3 1761 05503079 5


ITALIA MERCATORIA

APUD POLONOS

SAECULO XV INEUNTE

OPERA

IOHANNIS PTAŚNIK



ROMAE

LOESCHER & Co.

(W. REGENBERG)

1910.

ITALIA MERCATORIA

APUD POLONOS

SAECULO XV INEUNTE

OPERA

IOHANNIS PTAŚNIK



ROMAE

LOESCHER & Co.

(W. Regenberg)

1910.



Roma, 1910 - Forzani e C., tipografi del Senato.

INTRODUCTIO

Iam temporibus, quibus Christi doctrina in Polonia cognosci et divulgari coeperat, consuetudine quadam et societate Poloni cum Italis coniungebantur; ex Italia enim migrant in Poloniam primi episcopi et monachi. Quae tamen chronicorum scriptores de Italis, magno numero iam antiquissimis temporibus in Lithuaniam migrantibus, de nominis Lithuania origine ab Italia, Romowe a Roma, Libawa a Libone, colonorum duce, repetenda narrant, inepto imitandi studio narrationum, quas Livius de Aenea Troianisque in Italiam venientibus profert, inventa sunt.[1] *Cum episcopis clerus omnis generis, famuli familiaresque veniunt, brevi postea coloni etiam et fabri varii, qui advenae nostrae terrae fossilium gravitatem pretiumque cognoscunt et una cum Germanis, rei metallicae peritis, primi sunt fossores in Polonia. Ad rem hanc tamen investigandam desunt plures fontes.*

Gravioris momenti rationes, ad mercaturam inter Poloniam et Italiam spectantes, posterioribus temporibus incipiuntur. Curiae apostolicae iussu visitant urbes et gentes Polonas magistratus, collectores nominati, a quibus pecuniae hic collectae aut in curiam Romanam mittebantur aut Venetias vel Brugas, ubi medio aevo

[1] Stryjkowski, Kojalowicz, Guagninus, *quorum scriptorum narrationes saeculo XVI exeunte inventas sequitur* de Daugnon, Gli Italiani in Polonia dal IX secolo al XVIII, vol. I, 1905, vol. II, 1907.

camerae apostolicae mercatorum procuratores sedem habebant stabilem, transportandae, apud mercatores vicinos, plerumque ditissimos, deponebantur.

Collectores in Polonia constituti apud infra descriptos depositarios camerae apostolicae pecunias deponere iubebantur et deponebant:

Gerardus de Modena 1281–1286 apud societatem mercatorum Alfanorum de Florentia. [1]

Iohannes Muscata 1284–1295 apud societatem Pulicum Rimbertinorum de Florentia. [2]

Coloniensis archiepiscopus 1300 committit eas Rogerio et Lapo Spine de Spinis ac Simoni Gerardi de societate Spinorum de Florentia, Iacobo Gaytani, Iohanni Falconis et Guidoni Balsano de societate Benedicti de Pisis. [3]

Bonaiutus de Casentino 1301–1309 initio eisdem societatibus, postea autem societati Circulorum et Bardorum de Florentia *et* societati Claretum de Pistorio. [4]

Andreas de Verulis 1325–1329 societati Iohanini de Carmignano mercatoris Savonensis *aut* societati Bardorum mercatorum de Florentia. [5]

Andreae collega Petrus de Alvernia 1325–1334 eisdem Bardis aut societati Azayalorum de Florentia. [6]

Galhardus de Carceribus 1335–1342 societati Azayalorum. [7]

Arnaldus de Caucina a) *1344–1360 dat summas deposito*

[1] Monumenta Poloniae Vaticana, I, p. 23, nr. 26. *Cui societati adnumeratur etiam quidam* Roscilio de Luca.

[2] Ibidem nr. 27.

[3] Ibidem nr. 31.

[4] Ibidem nr. 35, 43.

[5] Ibidem nr. 118, 122, 123, 124.

[6] Ibidem nr. 125, 157.

[7] Ibidem nr. 205 *et passim. Inter socios eiusdem societatis occurrunt nobis mercatores* Dino Geri *et* Locto Corbizi *necnon* Philippus Petri de Blanko, Corsini, *etc.*

societati Iacobi et Guidonis de Malabaylis fratrum, mercatorum Astensium.[1]

b) *1360–1362 dimidiam partem eisdem Malabaylis et dimidiam societati Albertorum Antiquorum mercatorum Florentiae.*[2]

c) *1362–1371 solummodo dictis Albertis.*[3]

Petrus Stephani 1372–1376 etiam eidem societati Albertorum.[4]

Angelus, episcopus Castellanus, Stephanus de Carraria, Baylardinus de Verona, Dobrogostius, episcopus Posnaniensis, necnon Iacobus de Guidottis 1387–1395 deponunt pecunias, in Polonia receptas, apud Bartholomaeum Turchi, Landum de Morconibus eorumque socios, mercatores Lucanos.

Sequentibus autem annis in deferendis pecuniis collectis aut annatis et servitiis communibus transmittendis intercessionis partes suscipiunt mercatores Florentini, ut Doffi de Spinis, Benedictus et Hilarius de Bardis, Laurentius de Albertis, Adonardus de Riciis et alii, qui omnes societati mercatoriae Iohannis de Me-

[1] Theiner, Monumenta Poloniae, I, p. 472, nr. 609, 610, p. 516, p. 516, nr. 674, 675, Arch. Vat. Collect. 384, f. 176v. *Inter socios et* factores *Malabaylorum Brugis inveniuntur* Arnaldus Moruti, Conradus de Vallescaria, Obertonus de Plana, Raphael Damiani, *omnes Astenses.*

[2] Reg. Vat. 240, f. 38, pars II.

[3] Arch. Vat. Intr. et exit. 316, f. 18v, f. 50v–51, 322, f. 3–3v, Collect. 353, f. 223–224. *Cf. etiam* Gino Arias, Per la storia economica del secolo XIV, Archivio della Società Romana di storia patria a. 1905, p. 331. *Albertis Antiquis adnumerabantur hoc tempore* Nicolaus Iacobi et Benedictus Nerocii de Albertis Antiquis, Perocius Corsini, Laurentius Fruosini, Lambertus Lambertesqui, Iacobus de Bernardis, Nicolaus de Perussis *et alii. De Albertis tractat* Passerini, Gli Alberti di Firenze.

[4] *Occurrunt nobis « factores » dictae societatis:* Philippus de Massiliis, Iacobus Vannus, Petrus Bartoli *necnon principalis eiusdem* Benedictus Nerocii *et procuratores aliarum societatum, scilicet* Franciscus de Gervardo de societate Donati Guidonis et Mafionis Loti de Florentia, Nicolaus Pankoni, mercator de societate Veri Cambii de Florentia.

dicis adnumerabantur. Saeculo enim XV *ineunte primum locum inter mercatores Italiae obtinebat familia de Medicis, quae omnes res pecuniarias ad cameram apostolicam pertinentes occupaverat.*

Ita paullatim mercatores Itali camerae apostolicae collectores in Poloniam migrantes sequuntur, in qua eo tempore facile erat ad magnas pervenire opes; postea etiam argentarii Itali, camerae gravibus Ecclesiae temporibus de suis subvenientes, quibus ab eadem in proventibus ex Polonia ductis data est cautio, procuratores suos in Septemtrionis partes mittunt, ut collectores custodiant curentque rem suam.

Iam XIV *saeculo plurimi inveniebantur in Polonia Itali hic allecti a collectoribus, quibus, cum Cracoviensium mercatorum promissio et fidei constantia non semper esset perspecta, opulenti mercatores Itali eo magis grati acceptique erant.*

Ita a. 1306–1336 habitat Cracoviae Nicolaus Manente de Genua,[1] *qui collectore Andrea de Verulis societatis Iohannini de Carmignano, mercatoris Savonensis, in Polonia est « factor ».*[2] *Eodem fere tempore morantur hic Paulinus Cavallo,*[3] *notus postea*

[1] *Anno 1306 advocatiam Vielicensem a duce Wladislao Lokietek emit, quam deinde anno 1336 Nicolao Virsingi 1100 marcis argenti vendit, qua occasione* civis Cracoviensis et Genuensis *appellatur. Vide* Piekosinski, Cod. dipl. Minoris Poloniae, III, p. 30, nr. 607.

[2] *Cf.* Mon. Pol. Vat. nr. 123, *ubi de ipso Nicolao et alio etiam Manente cive Ianuensi, Marsono, legitur.*

[3] *Paulinus Cavallo a. 1346 nominatur* civis Ianuensis et Cracoviensis, filius quondam Hugeri Cavalli (*cf.* Theiner, MP. I, nr. 646), *de quo 21 Septembris 1338 collector Galhardus de Carceribus in hunc modum scribit Benedicto pp. XII*: Et pater sancte, si camera vestra possit concordare cum societate Bardorum et aliis societatibus, quod ipsi hic reciperent pecunias et in curia assignarent, prout tractabatur hoc anno per dominum Andream de Verulis et Paulinum Caballi de Genua, hoc esset tutissimum et securum et certum et mercatores istarum parcium sunt homines incerti et nichil servant de promissis et predictus Paulinus, qui est in Cracovia,

salisfodinarum praefectus et Stephanus Pexa, utrique de Genua et societatem Malabaylorum repraesentantes. Cum Paulino Cavallo alii etiam occurrunt nobis in Polonia mercatores Genuenses, ut Petrus Cavallo, Paulini nepos,[1] *et Gotfredus de illustri familia Fattinante*[2] *oriundus.*[3]

Annis 1387–1395 collectae pecuniarum summae apud mercatores Lucanos Turchi et Morconi deponebantur, qua de causa eodem tempore mercatores quidam Lucani duce Iohanne, magistri Gerardi filio, in Poloniam proficiscuntur,[4] *quorum advenarum auctoritas tantum brevi valuit, ut unus eorum, nempe Monaldus, monetae Polonae reformator habeatur.*[5]

Saeculo XIV exeunte et XV ineunte rebus pecuniariis camerae apostolicae incumbunt mercatores Florentini de Medicis, quibus,

scribit predictis societatibus, quod cum camera debeant concordare et sufficientem caucionem pro recipiendis prestare... *Cf.* Theiner, MP. I, p. 416, nr. 545.

1 *Cf.* Szujski-Piekosinski, Antiquissimus liber civitatis Cracoviae (Monumenta medii aevi historica res gestas Poloniae illustrantia, vol. IV, Cracoviae 1878), nr. 1625, *ubi haec leguntur*: Nicolaus Spiczmiri cum pueris suis — resignaverunt pro certis debitis dimidiam cameram pannorum et unam domum cum fundo, sitam in platea fratrum Minorum in acie, Petro Cavallo, nepoti Paulini Gallici supparii ac Elyzabeth contorali sue. *Paulinus nominatur hic* Gallicus, *quia omnes Itali saeculo XIV in Polonia morantes Gallicis adnumerabantur.*

2 *Cf. huius editionis nr. 6, necnon satis multas inscriptiones ad illum Genuensem pertinentes in* Krzyzanowski, Acta Scabinalia Cracoviensia, Cracoviae 1904, *passim, et* Szujski-Piekosinski, Antiquissimus Liber civit. Cracovien. *etiam passim.*

3 *Exsistit etiam Cracoviae quidam* Nicolaus Fruolini, *civis Cracoviensis, ab Urbano pp. V quibusdam indulgentiis donatus, cuius nomen forsan Fruosini legendum est, Fruosini enim, mercatores Florentini, eodem tempore, a. 1365, Albertorum Antiquorum res pecuniarias cum aliis procurant. Cf.* Theiner, MP. I, p. 634. nr. 852.

4 *Cf. huius editionis nr. 1.*

5 Piekosinski, O monecie i stopie menniczej w Polsce XIV i XV wieku (Rozprawy Akademii krak. t. IX, p. 57, 59, 114, 128).

*

ut superius narravimus, ditissimae familiae Florentinae associabantur, quo fit, ut his temporibus multi mercatores de Florentia in regno Poloniae numerentur. Tunc venit camerae apostolicae collectoris munere fungens Leonardus de Riciis una cum fratribus suis Antonio et Guidone, venit etiam Albicius de Medicis, cui, societatis Mediceae procuratori, credita camerae apostolicae ex pecuniis in Polonia collectis solvebantur.[1]

Non solum rebus, quae ad cameram apostolicam spectabant, mercatores Itali in Poloniam alliciebantur; Ludovici Hungariae et Poloniae regis cum Venetiis necessitas familias Venetas Morisonorum, Quirinorum, Bicaranorum, Tronorum aliasque attrahit, Ladislao autem Jagellone, amicitia cum Iohanne Galeatio et Philippo Maria, principibus Mediolani, coniuncto regnante, Petrus quidam, aerarii praefectus[2] *et Iacobus de illustri Paravicinorum familia oriundus, Mediolanenses, magna auctoritate fruebantur in aula. Iacobus*[3] *orator in Italiam missus multis annis pro rege regnoque Poloniae insudabat.*

Mercatores in Polonia habebant multa, quibus occuparentur. In Italiam exportant hinc ceram, pelles, tincturam ad pannos, quae polonice « czerwiec », in documentis latinis « cremesi » dicitur, afferunt autem ex sua patria pannos laneos, sericeos, necnon clenodia et alias res pretiosissimas.[4]

[1] *Cf. huius edit. nr. 32, 88.*

[2] *Appellatur solummodo Petrus de Mediolano, Mediolanensis, aut polonice: Piotr Medyolanski vel: Modulanski.*

[3] *Venit Cracoviam circa 1410 (cf. n. 20), ut orator regis Poloniae occurrit nobis annis 1414–1425.*

[4] *Cf. nr. 22, 44, 47, 50, 52.* Paulus Aemilius Giovanini *in sua* Relazione di Polonia *de a. 1561 haec narrat nobis de tinctura ex Polonia proveniente, cremesi dicta*: Ho inteso ricordare ciermez, herba ch' ha nella radice alcune granella attaccate, da le quali macerate nell'aceto si cavava liquor ò tentura di purpura mà hoggi dì è tralasciata (Scriptores rerum polonicarum, vol. XV, Analecta Romana, p. 196).

Divitias et auctoritatem in Polonia nacti operam dant, ut portoria, plumbi et argenti fodinas in Olkusz, salisfodinas in Wieliczka et Bochnia occupent. In privilegio, a duce Lescone Albo fossoribus peregrinis concesso, Itali cum laude memorantur,[1] *saeculo autem XIV salisfodinarum semper fere mercatores ex Italia nobis occurrunt praefecti. Annis 1346–1358 praeficitur eis Paulinus Cavallo de Genua, cui mortuo Peterlinus vel Petrus Cavallo, Paulini nepos, succedit; Casimiro Magno, Ludovico de Hungaria, Ladislao Jagellone regnantibus, salisfodinis Gotfredus Fattinante, etiam Genuensis, usque ad finem vitae suae, ad a. 1393, praeest; postea vero mercatores de Venetiis, Bonaiunta cum propinquo suo Petro Bicarani, necnon mercatores Florentini, Leonardus et Antonius de Riciis aliique, salisfodinas Poloniae in ductu habebant.*

Documenta, quae nunc in lucem edimus, satis multa ad illustrandam cognoscendamque mercatorum Italorum in Polonia vitam et conditionem afferunt; praesertim ea, quae ad causam, inter Iohannem Bank et fratres de Riciis, Antonium praefectum solisfodinarum Cracoviensium et Michaelem mercatorem Venetum, actam, spectant, maximi sunt momenti. Eis, quae nunc proponuntur, omnia esse contenta et illustrata, haud praesumptum habere volumus; cum tamen plurima ad mercaturam inter Polonos et Italos medio aevo spectantia, studiosorum oculis adhuc latere videbantur, quae edimus, non sine utilitate scientiae et doctrinae fore speramus et coniicimus. At vero mercatores et collectores camerae Italos secuta est ars Itala et humanitas... Callimachus ille venit in nostras terras, quia habebat hic affinitate secum coniunctum Aynolfum de Tedaldis, mercatorem Florentinum, ditissimum portoriorum et salisfodinarum in Cracoviae et Roxolaniae terris conductorem.

[1] *Annis 1221–1222; privilegium memoratum de Romanis narrat, quos tamen procul dubio Italos fuisse putamus.* Piekosinski, Cod. eccl. cathedr. s. Venceslai, I, p. 17, nr. 12.

Maxima ex parte evulgantur hic documenta, quae adhuc in archivis delitescebant, nonnulla tamen iterum imprimuntur, quia in collectionibus, ut Starodawne prawa polskiego pomniki, *indice privatis, edita, magna cum difficultate usurpantur. Copiam ad librum hunc conficiendum suppeditarunt mihi: Archivum civitatis Cracoviae, « Archivio di Stato » Florentiae, Archivum Vaticanum et « Archivio di Stato » Venetiarum, quorum praefectis et magistratibus, imprimis autem Professori Doctori Stanislao Krzyżanowski, tunc Doct. Casimiro Kaczmarczyk et Doct. Iohanni Sajdak, Cracoviensibus, Doct. Iustiniano Degli Azzi, illustri continuatori Mazzatinti operis,* Gli Archivi della Storia d'Italia, *Florentino, Prof. Doct. Hectori Verga, Mediolanensi, Aemilio Ranuzzi, Romano, necnon Ludovico Ferro, Veneto, qui omnes liberalissime, utpote poterant, studia mea adiuverant, quantas grates debeam, dicere vix possum.*

Administratio Academiae scientiarum Cracoviensis et Directio Instituti historici Austriaci, Romae residentis, beneficiis in me collatis me sibi devinxerunt; singularem tamen et maximam gratiam debeo Praesidio atque Consilio, instructionem publicam terrae Galiciensis dirigentibus, quod, cum me officiis exsolvissent, ad hunc librum contulerunt plurimum.

CONSPECTUS ACTORUM

IN ORDINE CHRONOLOGICO

1387 *Augusti 19 Lucae. Urbanus pp. VI quibusdam mercatoribus Lucanis pecuniarum summas in partibus Poloniae et aliis collectas recipiendi dat facultatem, p. 85, nr. 79.*

1387 *Augusti 19 Lucae. Urbanus pp. VI Angelo, episcopo Castellano, in quibusdam partibus proventuum camerae apostolicae collectori, mandat, quatenus pecunias a se collectas mercatoribus Lucanis nominatim expressis assignet, p. 86, nr. 80.*

1391 *Novembris 6 Romae. Bonifacius pp. IX de litteris salvi conductus Iohanni Gholardi mercatori Lucano in Poloniam eunti providet, p. 1, nr. 1.*

1391 *Novembris 14 Romae. Bonifacius pp. IX Iohanni, abbati de Carrara, et Baylardino, canonico Vincentino, apostolicae Sedis nuntiis, mandat, quatenus pecuniarum summas in Polonia collectas Iohanni mercatori Lucano de societate Bartholomaei Turchi assignent, p. 1-3, nr. 2.*

1392 *Decembris 8 Perusii. Bonifacius pp. IX Dobrogostio, episcopo Poznaniensi et in Polonia collectori, mandat, quatenus omnes pecunias Lando de Morconibus, Lucano, assignet, p. 3, nr. 3.*

1393 *Ianuarii 29 Cracoviae. Franciscus de Bononia de Guidottis constituit Petrum fratrem suum procuratorem, p. 3, nr. 4.*

1393 *Aprilis 1 Romae. Episcopus Wladislaviensis per manus Doffi de Spinis, mercatoris Florentini, solvit servitium, p. 4, nr. 5.*

1393 *Decembris 15 Cracoviae. Testamentum Gottfridi Fattinante de Ianua supparii salis generalis in Polonia, p. 4-8, nr. 6.*

1394 *Textores Florentini ius civile civitatis Casimiriae apud Cracoviam accipiunt, p. 87, nr. 81.*

1395 *Decembris 23 Romae. Bonifacius pp. IX a Philippo de Guidottis, campsore Bononiensi, 4000 flor. mutuat, p. 87–88, nr. 82.*

1395 *Decembris 23 Romae. Bonifacius pp. IX Iacobo de Guidottis, in regno Poloniae collectori, mandat, quatenus Philippo de Guidottis 2000 flor. de proventibus camerae in Polonia assignet, p. 88–89, nr. 83.*

1396 *Augusti 28 Cracoviae. Recognitio debiti Petri Geytani consulis Cracoviensis, p. 8, nr. 7.*

1398 *Aprilis 17 Romae. Salvus conductus pro Ludovico de Ballionibus, mercatore Perusino, ad partes Poloniae et alias in negotiis camerae apostolicae proficiscenti, p. 90–91, nr. 85.*

1398 *Mai 23 Romae. Bonifacius pp. IX collectori in regno Poloniae mandat, quatenus de proventibus camerae apostolicae in Polonia Francisco de Sancto Severino 1302 flor. assignet, p. 89–90, nr. 84.*

1398 *Augusti 16 Cracoviae. Causa inter Christophorum de Ferrara et Petrum de Cadano Italicos, p. 8, nr. 8.*

1399 *Maii 1 Romae. Bonifacius pp. IX Benedicto de Bardis, mercatori Florentino, concedit facultatem, quatenus ab episcopo Wladislaviensi 4100 flor. percipiat, p. 8–9, nr. 9.*

1399 *Maii 14 Romae. Albertus, electus Poznaniensis, servitium commune per manus Benedicti de Bardis et Iohannis de Medicis solvit, p. 9, nr. 10.*

1401 *Aprilis 30 Romae. Bonifacius pp. IX cantori Wratislaviensi et decano Praemisliensi mandat, quatenus episcopum Wladislaviensem ad restitutionem 4100 flor. Benedicto de Bardis debitorum cogant, p. 91–93, nr. 86.*

1402 *Iunii 8 Romae. Episcopus Wladislaviensis per manus Antonii Iacobi et Doffi de Spinis servitium solvit, p. 10, nr. 11.*

1402 *Iulii 27 Romae. Episcopus Culmensis per manus Laurentii de Albertis servitium solvit, p. 10, nr. 12.*

1402 *Iulii 28 Romae. Episcopus Culmensis per manus Laurentii de Albertis servitium solvit, p. 10–11, nr. 13.*

1402 *Iulii 31 Romae. Arnoldus, electus Culmensis, servitium commune per manus Laurentii de Albertis solvit, p. 11, nr. 14.*

1402 *Octobris 12 Romae. Archiepiscopus Gneznensis per manus Hilarii de Bardis servitium solvit, p. 11, nr. 15.*

1403 *Martii 31 Cracoviae. Recognitio Simonis de Talentis, monetarii Cracoviensis, p. 12, nr. 16.*

1406 *Cracoviae. Consules Cracovienses a Petro Bicharano de Venetiis certas pecuniarum summas mutuant, p. 12, nr. 17.*

1406 *Maii 24 Florentiae. Senatus Florentinus Wladislao regi Poloniae leonem cum leaena transmittit necnon Leonardum Bartoli de Florentia et Petrum « Bicchierarius » de Venetiis in Poloniae partibus morantes ei commendat, p. 13, nr. 18.*

1407 *Augusti 18 Viterbii. Gregorius pp. XII Mazzeo de Lambertis, collectori in regno Poloniae, mandat, quatenus de proventibus camerae apostolicae in Polonia Carolo de Branchaciis 400 flor. solvat, p. 93, nr. 87.*

1409 *Ianuarii 29 Cracoviae. Petrus Bicharanus et Iuntha nepos suus redimunt villam Siersza a Pascone de Doluszyce eiusque socio sub certis conditionibus, p. 14, nr. 19.*

1410 *Iulii 12-28 Cracoviae. Causa inter magistrum Monaldum de Luca et Iacobum de Mediolano, p. 15, nr. 20.*

1411 *Augusti 28 Cracoviae. Petrus Bicharanus plenipotentem constituit, p. 15, nr. 21.*

1412 *Martii 12 Cracoviae. Quidam cives Cracovienses pro Georgio Hutter Petro Bicharano fideiubent, p. 16, nr. 22.*

1413 *Aprilis 4 Zarnowiec. Wladislaus rex Poloniae Petro Bicharano, suppario, mandat, quatenus conventui Carmelitarum Cracovien. 20 marcas annuatim exsolvat, p. 16, nr. 23.*

1413 *Maii 15. Solutio annatae per manus Adonardi de Riciis, p. 16-17, n. 24.*

1414 *Martii 17. Solutio camerae 1000 flor. de Polonia per manus mercatorum Florentinorum, p. 17, nr. 25.*

1414 *Augusti 16. Solutio de pecuniis collectoriae Poloniae per manus Adonardi de Tornaquincis, p. 17, nr. 26.*

1414 *Novembris 3 Constantiae. Andreas, episcopus Posna-*

niensis, certam summam pecuniarum pro suo communi servitio per manus Iohannis de Medicis solvit, p. 18, nr. 27.

1415 *Septembris 28 Bononiae. Iohannes pp. XXIII Conrado, decano Wratislaviensi, mandat, quatenus Franciscum Floser, canonicum Wratislaviensem, omnes pecuniarum summas, per ipsum post obitum collectoris camerae, Mazzei de Lambertis, receptas, ad assignandum Albicio Calenti de Medicis, nomine camerae, cogat, p. 94-95, nr. 88.*

1416 *Decembris 22 Constantiae. Albertus, episcopus Cracoviensis, servitium per manus Bartholomaei de Bardis solvit, p. 18, nr. 28.*

1418 *Aprilis 24 Constantiae. Borislaus Antonii de Pilchowo, decanus Plocensis, annatam per manus Francisci de Bosculis Florentini solvit, p. 18-20, nr. 29.*

1419 *Iunii 25 Cracoviae. Fideiussio pro Isidoro de Anono Mediolanensi, p. 20, nr. 30.*

1419 *Novembris 18 Cracoviae. Fideiussio Albicii Italici pro Antonio Tron Italico, p. 20, nr. 31.*

1419 *Decembris 20 Florentiae. Ludovicus, Francisci, archiepiscopi Narbonensis, domini papae camerarii, locumtenens, Petro de Wulfram, in regno Poloniae collectori, mandat, quatenus Iohanni de Medicis 1000 flor. de proventibus collectoriae assignari faciat, p. 21, nr. 32.*

[*Ante* 1421]. *Recognitio Petri Bicarani super tenuta supparum, p. 21-24, nr. 33.*

1421 *Octobris 29. Solutio servitii episcopi Wratislaviensis per manus Iacobi de Paravesino, p. 24, nr. 34.*

1421 *Novembris 24 Romae. Salvus conductus pro Iacobo de Paravesinis, nuntio Martini pp. V in Poloniam eunti, p. 95, nr. 89.*

1422 *Aprilis 25 Cracoviae. Antonius de Venetiis promittit parere iuri, p. 24, nr. 35.*

1423 *Ianuarii 30 Venetiis. Senatus Venetus mandat, ut cambium Guilelmi Rummel solvatur, p. 25, nr. 36.*

1423 *Maii 15 Cracoviae. Fideiussio Albicii Italici pro Antonio Italico, p. 25, nr. 37.*

1423 *Octobris 31. Solutio servitii episcopi Cracoviensis per manus Iacobi de Paravesino, p. 26, nr. 38.*

1424 *Ianuarii 5 Florentiae. Senatus Florentinus Wladislao regi Poloniae pro gratiis Leonardo civi Florentino factis gratias agit eumque et alios Florentinos favori regio commendat, p. 26, nr. 39.*

1424 *Februarii 11. Solutio servitii episcopi Cracoviensis per manus Iacobi de Paravesino, p. 27, nr. 40.*

1424 *Augusti 5 Cracoviae. Fideiussores Italici pro Leonardo Italico, p. 27, nr. 41.*

1424 *Augusti 7 Cracoviae. Causa inter Albicium et Leonardum Italicos, p. 27–28, nr. 42.*

1425 *Martii 4. Wladislaus rex Poloniae suppas Wielicenses et Bochnenses Antonio et Leonardo Iohannis fratribus Florentinis in quatuor annos arrendat, p. 28, nr. 43.*

1425 *Iulii 19 Cracoviae. Causa inter Albicium theloneatorem et Antonium necnon Leonardum supparios, Italicos de Florentia, p. 28–29, nr. 44.*

1427 *Februarii 7 Florentiae. Senatus Florentinus Antonium et Leonardum de Florentia, utriusque salis supparios, gratiae regis Poloniae commendat, p. 29–31, nr. 45.*

1427 *Februarii 7 Florentiae. Senatus Florentinus consiliarios regis Poloniae praecatur, quatenus in causa Antonii et Leonardi suppariorum apud regem intercedant, p. 32, nr. 46.*

1427 *Maii 12 Cracoviae. Causa Margarethae relictae Wilhelmi de Ferrara comitis contra Hinczam de Rogow pro quibusdam laboribus et clenodiis pretiosis, p. 32–34, nr. 47.*

1428 *Bochnae. Wladislaus rex Poloniae ab Antonio de Florentia suppario rigidam exigit rationem, p. 34, nr. 48.*

1428 *Aprilis 19. Nicolaus Iarocki habet 17 ½ ducatos ratione cambii a Matheo de Medicis, p. 34, nr. 49.*

1428 *Iunii 19 Cracoviae. Recognitio Reginaldi de Sandro de mercibus Venetias adductis, p. 34–35, nr. 50.*

1428 *Augusti 20 Cracoviae. Albicius de Medicis supparius Ilcussiensis contra civem de ibidem, p. 35, nr. 51.*

1429 *Aprilis 13 Cracoviae. Promulgatio sententiae diffinitivae*

in causa inter Antonium supparium et Iohannem Bank, mercatorem Wratislaviensem, p. 35–41, nr. 52.

1429 *Aprilis 16 Cracoviae. Recognitio consulum Cracoviensium de lite inter Antonium Iohannis et Iohannem Bank in causa mercium Venetias adductarum, p. 41–45, nr. 53.*

1429 *Octobris 19 Venetiis. Recognitio Iohannis de Baudesen pro parte Iohannis Bank de Wratislavia, mercatoris, contra Antonium Iohannis de Florentia, p. 45–46, nr. 54.*

1429 *Octobris 19 Venetiis. Testimonium « Pollo de Bartollamio » in causa inter Iohannem Bank et Michaelem Iohannis de Florentia, p. 61, nr. 61.*

1429 *Novembris 18, Decembris 14 Venetiis. Processus inter Iohannem Bank de Wratislavia et Michaelem Iohannis de Florentia occasione quarundam mercium, p. 46–48, nr. 55.*

1429 *Decembris 17 Cracoviae. Recognitio consulum Cracoviensium in causa attestationum a Iohanne Bank Venetiis receptarum, p. 48–49, nr. 56.*

1430 *Februarii 13 Venetiis. Processus inter Iohannem Bank de Wratislavia et Michaelem Iohannis de mercibus quibusdam Venetias missis, p. 49–59, nr. 57.*

1430 *Februarii 23 Florentiae. Senatus Florentinus regi Poloniae Guidonem Iohannis de Florentia commendat, p. 59–60, nr. 58.*

1430 *Februarii 23 Florentiae. Senatus Florentinus Guidonem Iohannis consiliariis regis Poloniae commendat, p. 60, nr. 59.*

1430 *Aprilis 3 Cracoviae. Recognitio consulum Cracoviensium de attestationibus in causa 920 flor. a Iohanne Bank Venetiis receptis, p. 60–61, nr. 60.*

1430 *Novembris 15 Venetiis. Recognitio Reginaldi Altoviti de Florentia pro parte Antonii Iohannis supparii Cracoviensis, p. 62, nr. 62.*

1430 *Decembris 16* – 1431 *Ianuarii 15 Venetiis. Processus inter Iohannem Bank de Wratislavia et Michaelem Iohannis de Florentia, p. 62–72, nr. 63.*

1431 *Martii 5 Venetiis. Recognitio Nicolai Vagii contra Iohannem Bank in causa quarundam mercium Venetias missarum, p. 72, nr. 64.*

1431 *Martii 13 Venetiis. Recognitio Hieronimi Probestain, cantoris ecclesiae sanctae Crucis Wratislaviensis, in causa Nicolai Vagii contra Iohannem Bank et Venceslaum ob merces ab ipsis Venetias non adductas, p. 73, nr. 65.*

1431 *Martii 13 Venetiis. Recognitio Laurentii Grulug, beneficiati Wratislaviensis, in causa Vagii Nicolai contra Iohannem Bank, p. 73-74, nr. 66.*

1431 *Maii 23 Cracoviae. Fideiussio Italicorum Cracoviae morantium pro Antonio Italico suppario regi Poloniae facta, p. 74-76, nr. 67.*

1432 *Februarii 15 Cracoviae. Sententia diffinitiva scabinorum Cracoviensium in causa inter Antonium de Florentia et Iohannem Bank, p. 76-77, nr. 68.*

1432 *Martii 31 Cracoviae. Nicolaus, abbas Bozesenensis, contra Petrum Italicum fideiussorem Guidonis Italici causam movet, p. 77, nr. 69.*

1432 *Augusti 8 Cracoviae. Margaretha, uxor Antonii de Florentia, procuratorem suum in Wratislavia constituit, p. 77-78, nr. 70.*

1434 *Maii 28 Cracoviae. Causa inter Nicolaum Vagii Italicum et Nicolaum de Tarnava supparium, p. 78, nr. 71.*

1434 *Octobris 25 Cracoviae. Antonius de Florentia et Seraphin de Cracovia salis utriusque et Russiae suppas ad sex annos arendant, p. 78, nr. 72.*

1434 *Decembris 11 Cracoviae. Recognitio de debitis Ludovici de Florentia, civis Ilcussiensis, p. 79-80, nr. 73.*

1435 *Octobris 19 Cracoviae. Arrestatio bonorum Antonii de Florentia in Nova civitate Stiriensi, p. 80, nr. 74.*

1438 *Aprilis 25 Cracoviae. Evacuatio domus Albicii Italici pro Nicolao Bochsinmeister monetario, p. 80, nr. 75.*

1438 *Iulii 8 Venetiis. Testamentum Bonae relictae Petri Bicharani, p. 81-83, n. 76.*

1439 *Ianuarii 23 Cracoviae. Albicius Italicus Stano Streicher debitum recognoscit, p. 83, nr. 77.*

1439 *Novembris 18 Cracoviae. Executor testamenti Albicii de Medicis domum eiusdem Iohanni Hoze resignat, p. 84, nr. 78.*

1. *Bonifacius pp. IX de litteris salvi conductus Iohanni Gholardi mercatori Lucano in Poloniam eunti providet.*

Romae, 6 Novembris 1391.

Bonifacius etc. Venerabilibus fratribus patriarchis, archiepiscopis et episcopis etc. Cum dilectus filius Iohannes magistri Gholardi de Luca ad regnum Polonie et nonnullas alias partes pro nonnullis nostris et Romane ecclesie negociis ibidem peragendis de mandato nostro presentialiter sit accessurus et ibidem aliquo tempore permansurus, nos volentes ipsum cum sex sociis et familiaribus suis eundo, stando et redeundo plena securitate gaudere, universitatem vestram rogamus et hortamur attente, quatenus eundem Iohannem cum sociis, familiaribus equitaturis, et rebus huiusmodi, cum per partes [et] loca vestra transitum fecerit, benigne recomendatum habentes, nullam ei in personis et bonis ipsius inferatis iniuriam vel offensam —[1] sed eis potius de securo conductu, si a vobis illum petierit, libere providere pro nostri et apostolice Sedis reverentia studeatis. — Presentibus post unum annum minime valituris. Datum Rome apud sanctum Petrum VIII idus Novembris pontificatus nostri anno secundo.

Reg. Vat. 313 f. 196'. — *In fine:* P. De Bosco. — H. Berugoys. — De curia.

2. *Bonifacius pp. IX Iohanni abbati de Carraria et Baylardino, canonico Vincentino, apostolicae Sedis nuntiis, mandat, qua-*

[1] *Linea in contextu significat omissionem formulae.*

tenus pecuniarum summas in Polonia collectas Iohanni mercatori Lucano de societate Bartholomaei Turchi assignent.

Romae, 14 Novembris 1391.

Bonifacius etc. Dilectis filiis Iohanni, abbati monasterii sancti Stephani de Carraria, ordinis sancti Benedicti et Baylardino de Verona, canonico Vicentino, camere apostolice clerico, apostolice Sedis nunciis, salutem etc. Cum dilectus filius Bartholomeus Turchi, mercator Lucanus suo proprio nomine ac nomine dilectorum filiorum Landi de Morconibus et sociorum mercatorum Lucanorum, pro quibus omnibus de rato et ratihabitione promisit, cum gentibus camere apostolice de cambio monetarum composuerit et apud eas de pecuniis per suos consocios recipiendis in dicta camera assignandis sollempniter se obligaverit, volumus vobisque et vestrum cuilibet tenore presencium mandamus, quatenus omnes et singulas pecuniarum summas ad dictam cameram pertinentes per vos et quemlibet vestrum in regno Polonie et aliis partibus, in quibus per nos deputati estis, ex quibuscumque causis colligendas quomodolibet et recipiendas, dilecto filio Iohanni magistri Gerardi(s) mercatori Lucano, consocio dicti Bartholomei, nomine ipsorum Landi et sociorum et pro eis recipienti, vel alteri vel aliis per ipsum Iohannem eligendis, nominandis et deputandis, assignare curetis, cui et quibus a vobis petendi, exigendi et recipiendi, quicquid per vos in dictis regno et partibus nomine dicte camere receptum collectum et ex quacunque causa exactum fuerit, plenam tenore presencium concedimus facultatem. Volumus autem, quod de qualibet assignatione per vos vel alterum vestrum eisdem fienda duo confici faciatis consimilia publica instrumenta, quorum uno pro vestra cautela penes vos retento aliud dictis gentibus quantocius mittere procuretis. Datum Rome apud sanctum Petrum XVIII kalendas Decembris pontificatus nostri anno tercio.

Reg. Vat. 313 f. 199' (*ant.* CXCV). — *In fine:* P. de Bosco. — H. Berugoys. — De curia. — *Aliae litterae in eadem causa leguntur in eodem*

MS. f. 196'–197. — Rome ap. s. P. VIII idus Novembris pontificatus nostri anno secundo, *quae tamen litterae sunt cancellatae et in margine talis est adnotatio:* Cancellata quia reformata prout inferius apparet. Nicolaus.

3. *Bonifacius pp. IX Dobrogostio, episcopo Poznaniensi et in Polonia collectori, mandat, quatenus omnes pecunias Lando de Morconibus, Lucano, assignet.*

Perusii, 8 Decembris 1392.

Bonifacius etc. Venerabili fratri Dobrogostio, episcopo Poznaniensi, in regno Polonie fructuum et proventuum camere apostolice debitorum collectori, salutem etc. Cum dilectus filius nobilis vir Landus de Morconibus, domicellus Lucanus, in civitate nostra Perusinensi eiusque comitatu et districto pro nobis et Romana ecclesia thesaurarius, de cambio monetarum cum gentibus camere nostre composuerit, ut in talibus est fieri consuetum et fidelem prestiterit cautionem, nos volentes propterea omnes et singulas pecuniarum quantitates camere nostre debitas, per te hactenus collectas et quas imposterum colligere te continget, ad manus dicti Landi, de cuius fidelitate et circumspectionis industria gerimus in Domino fiduciam pleniorem, deduci et effectualiter assignari, fraternitati tue per apostolica scripta committimus et mandamus, quatenus omnes et singulas pecuniarum huiusmodi quantitates prefato Lando vel eius legitimo procuratori ad hoc specialiter deputato — studeas assignare. — Nos enim Lando seu procuratori de hiis, que receperit, te quitandi — tenore presentium concedimus potestatem. Datum Perusii VI idus Decembris pontificatus nostri anno quarto.

Reg. Vat. 314 f. 43. — *In fine:* A. De Portugr[uario]. — A. De Cumis. — De curia.

4. *Franciscus de Bononia de Guidottis constituit Petrum fratrem suum procuratorem.*

Cracoviae, 29 Ianuarii 1393.

Franciscus de Bononia de Guidottis [1] constituit fratrem suum Petrum plenipotentem procuratorem omnium suarum causa-

[1] *Eodem anno Bonifacius pp. IX constituit quendam Iacobum Philippi de Guidottis, clericum Bononiensem, in regno Poloniae proventuum camerae*

rum coram quibuscumque iudicibus, tamquam premissis personaliter interesset *etc.*

Krzyżanowski, Scabinalia Cracoviensia, p. 210, nr. 1651.

5. *Episcopus Wladislaviensis per manus Doffi de Spinis, mercatoris Florentini, solvit servitium.*

Romae, 1 Aprilis 1393.

Henricus etc. quod — Henricus, episcopus Wladislaviensis, pro parte partis sui communis servitii — 41 flor. auri de camera sol. 33 et den. 3 monete Romane nobis et pro parte partis unius etiam sui minuti servitii — 2 similes flor. sol. 16 den. 8 per manus Doffi de Spinis et sociorum, mercatorum Florentinorum, die date presentium tempore debito solvi fecit. — Datum Rome a. 1393 die 1 mensis Aprilis pontificatus anno quarto.

Arch. Vat. Obl. et sol. 59 f. 34. — *In margine:* Episcopus Wladislaviensis.

6. *Testamentum Gottfridi Fattinante de Ianua supparii salis generalis in Polonia.*

Cracoviae, 15 Decembris 1393.

Nos consules civitatis Cracoviensis recognoscimus, quibus expedit, universis, quod coram nobis, dum ad certum congregati fuissemus consilium, providi Nicolaus Bothner, Nicolaus Saupnig et Nicolaus Dambrow nostri consortes consilii necnon Petrus nostre civitatis predicte notarius — recognoverunt — quod cum auctoritate officii consulatus nostri famosum virum dominum Gottfridum Factinantem de Ianua, nostrum concivem ex sua vocatione et rogatione speciali, ut sue voluntatis ultime dispositioni attendentes accessissent, idem Gottfridus licet debilis aliqualiter corpore, multa tamen bona perfluens ratione, voluntatem suam ultimam perpetuo duraturam — constituit in hunc modum.

apostolicae collectorem. Arch. Vat. Arm. XXXIII, vol. 12, f. 134v *et* 142 *necnon* Theiner, MP. I nr. 1036, *ubi tamen false impressum:* de Guidonis (!)

Primo vero in salutare anime sue remedium cameram suam pannorum circa cameram Pauli Nutricis et 6 marc. census annui et terragii, quem super fundo domus Nicolai Beidner in platea Sutorum site habere dignoscitur pro altari in honorem sanctorum Anthonii Confessoris et alme virginis Dorothee ac martyris ad taxam 16 marc. et valorem in ecclesia parochiali Sancte Marie Virginis semper gloriose in Cracovia erecturo sive erigendo feliciter constructuro sive construendo, cuius collacio — ad consules civitatis Cracoviensis, nunc et pro tempore existentes, perpetuo pertinere debeat, de quo altari providit ad presens domino Petro capellano et notario suo. Domum vero suam lapideam in acie circuli circa Powsuange sitam, valido viro domino Spitkoni palatino ac capitaneo Cracoviensi, ut per ipsum ac electos presentis testamenti executores infrasciptos alicui civi vendi debeat [1] et pro huiusmodi pecunia census 16 marc. perpetuus comparari et de eodem censu 16 marc. altare etiam sanctorum Anthonii Confessoris et beate Dorothee virginis in ecclesia parochiali Sanctorum Omnium in civitate Cracoviensi etiam de taxa 16 marc. erigi et construi, cuius collatio —. ipsi domino Spitkoni ac suis posteris legitimisque successoribus perpetuis debet pertinere temporibus — quod etiam altare domino Iohanni presbytero domus sue et medico assignavit, superfluum vero pecunie domus predicte, si que ultra emptionem 16 marc. census annui predicti superfuerit, ipsius Spitconis conscientie recommendat.

Preterea res omnes suas videlicet vestes, pelles, pellicia, togas, mensas, cistas, lectisternia ac omnia universaliter et singula quibuscunque vocitentur nominibus, nullis penitus exceptis, in predicta domo, quam inhabitat, existentes ac existen-

[1] *Cf.* Krzyżanowski, Acta Scabinalia Cracovien. p. 221, nr. 1720. «Dominus Sulco nomine procuratorio — Petri — episcopi et — Spitkonis pallatini et capitanei Cracoviensis executorum — ultime voluntatis condam famosi viri domini Gothifridi Fattinanti de Ianua, supparii salis generalis Bochne et Weliczcze, — domum condam eiusdem Gothifridi, circa Iohannem Puswange — Caspar Krugil — resignavit».

tia, Nicloso cubiculario suo et familiari de presenti earundem cedens possessionem et in ipsum Niclonem transferens cum omnimoda faciendi et dimittendi facultate legavit.

Famulos vero quatuor in montibus Bochne existentes, vulgariter otroki dictos, pro speciali pauperum et infirmorum consolatione et maxime, qui in eisdem montibus laborantes aut scandentes lesi fuerint, hospitali Bochnensi sancte Crucis[1] et eisdem pauperibus in eo degentibus tribuit. Sericum autem, quod in Colonia habere dignoscitur, Erasmo Factinanti, suo nepoti contulit assignandum.

Disposuit itaque predictus testator de universis suis debitis sive creditis in hunc modum. Primo 190 marc. per Goczonem, civem Cracoviensem debitas infrascripti executores ab ipso Goczone Czeyn singulis annis per 20 marcas usque ad plenimodam 300 marc. deductionem sufferre debent, pro eisdemque alioquin censum annuum et perpetuum pro vicariis cathedralis ecclesie castri Cracoviensis, ut perpetuis temporibus devotum percelebrent ipsius Gotfridi anniversarium, comparare.

Ceterum quia pretactus Gotfridus, quondam distributor pecuniarum civitatis Cracoviensis et legalis consul extiterat, et si ex sua negligentia in consulendo, distribuendo seu exactionem exsolvendo aliquos errores commisisset, ex quibus ipsi civitati damna aliqua evenissent, ideo in horum recompensam ac satisfactionem debitam predicte civitati Cracoviensi 500 florenos auri veri debiti duci Russie mutuatos et concessos, pro quibus Gocze Czeyn predictus et Martinus Varschow fideiusserunt, prout in eorundem desuper confectis patet literis et apud Henricum Schuler 100 marc., predicte civitati Cracoviensi perpetuo contulit atque dedit.

Asseruit insuper supradictus testator ac pura fide sua certitudinaliter affirmavit, certe sue elaborate et lucrate pecunie necnon temporibus divorum Kazimiri et Ludovici regum illustrium

[1] *Hospitalem sanctae Crucis Bochnae fundavit a. 1357 etiam Italus Ianuensis, supparius Bochnensis, quidam « Peterlinus de Ianua ». Cf.* Piekosinski, Cod. Minoris Poloniae III, p. 110–111, nr. 716.

Polonie et Ungarie et apud eosdem fideliter deservite, quam serenissimo principi domino Wladislao regi Polonie inclyto domino nostro gratioso pro certis ipsius domini regis necessitatibus et indulgentiis mutuo et sub certa rehabitionis spe dedit et ad mandatum suum regium exposuit, eundem serenissimum principem in 1705 marcis grossorum Pragensium sibi fuisse debitorem, de quibus ex mandato suo regio in zuppis salis ad earundem pecuniarum rationem 400 bancos salis sustulisset, quos Thomassio filio Nethe, civis Bochnensis, pro 500 marcis vendidisset — restant igitur apud magnitudinem regiam eiusdem debiti 1205 marc. gross., quas ad laudem et gloriam Omnipotentis Dei et matris eiusdem Virginis gloriose ac totius curie celestis, ut novella ac noviter inchoata divinitus Premisliensis cathedralis ecclesia contra schismaticos in illis partibus degentes valeat instaurari ac in suis augmentationum et proventuum conditionibus feliciter abundare, ipsi Premisliensi ecclesie, ut perpetua videlicet Kazimiri, Ludovici atque Helizabeth genitricis eius, regum Polonie et Hungarie predictorum atque sui in eadem ecclesia in orationibus et missis vigeat memoria, legavit, dedit atque contulit et donavit.

Insuper de 400 bancis, de quibus, [ut] supra, filio Nethe pro 500 marc. vendidit, recognovit suprascriptus Gottfridus sibi fore per eundem Thomam aut quosvis alios 100 marc. solummodo persolutas, quare residuas, videlicet 400 marc. medietatem, id est 200 marc. suprascripto Erasmo suo nepoti et tercium 100 marc. providis Rudgloni Reger et Nicolao Rothe, lumine oculorum in suo servitio proch dolor orbato, familiaribus suis diuturnis, quartum 100 marc. inter ceteram suam domus sue familiam secundum maius et minus distribuendum contulit atque dedit.

Constituit insuper sepedictus dominus Gottfridus ac prefecit — Petrum de Radolina virum utique elegantissimum iuris utriusque doctorem ac ad Cracoviensem ecclesiam predictam postulatum ac magnificum Spitconem, palatinum et capitaneum necnon consules civitatis Cracoviensis — sue ultime volun-

tatis veros procuratores, factores, actores et executores legitimos atque certos *etc.*[1].

Piekosinski, Codex ecclesiac Cathedralis Cracovien. s. Venceslai II, p. 182–185, nr. 396.

7. *Recognitio debiti Petri Geytani consulis Cracoviensis.*

Cracoviae, 28 Augusti 1396.

Petrus Geytan nostri confrater consilii recognovit publice Andree de Sala de Bononia in 322 florenis auri iusti et veri debiti rite et rationabiliter obligari, promittens bona fide sine dilatione eosdem 322 flor. auri in festo sancti Michaelis Archangeli proxime nunc venturo persolvere integraliter et pagare.

Archivum civitatis Cracoviensis, Acta consularia 1392–1412, p. 78. *Ed.* Monum. medii aevi histor. IV, 2, p. 147.

8. *Causa inter Christophorum de Ferrara et Petrum de Cadano Italicos.*

Cracoviae, 16 Augusti 1398.

Cristophorus Italicus de Farraria, nunc apotecarius in Cracovia, pronuntiatur contumax contra Petrum de Cadano, nunc familiarem domini Monaldi pro 50 marcis ratione quarundam expensarum et impensarum et dampnorum in termino curie regis.

Cracovia, Archivum castr. et terrestr. Liber Colloquiorum I, p. 167. — *Ed.* Helcel, Starodawne prawa polskiego pomniki II, nr. 273.

9. *Bonifacius pp. IX Benedicto de Bardis, mercatori Florentino, concedit facultatem, quatenus ab episcopo Wladislaviensi 4100 flor. percipiat.*

Romae, 1 Maii 1399.

Bonifacius etc. dilecto filio Benedicto de Bardis, mercatori Florentino in Romana curia commoranti, salutem etc.

[1] *Alia, quae Gottfridum praedictum spectant, vide* Krzyżanowski, Acta Scabinalia, *passim* (Gottfridus Gallicus *(!)*) *et* Monumenta medii aevi historica res gestas Poloniae illustrantia t. IV *passim.*

Cum nuper venerabili fratri Conrado, archiepiscopo Nicosiensi, camerario nostro 4100 flor. auri de camera boni et iusti ponderis pro fructibus redditibus et proventibus ecclesie Wladislaviensis, tunc per obitum bone memorie Henrici, episcopi Wladislaviensis extra Romanam curiam defuncti, pastore carentis, iuxta quandam ordinacionem per nos dudum factam, per quam certos fructus, redditus et proventus omnium ecclesiarum cathedralium extunc inantea vacaturarum reservavimus, nobis et camere apostolice debitis, ad instantiam venerabilis fratris nostri Nicolai Wladislaviensis, tunc Pocznaniensis episcopi, de cuius[1] persona dicte ecclesie tunc, ut prefertur, pastore carenti, de fratrum nostrorum consilio nuper etiam duximus auctoritate apostolica providendum, seu dilecti filii Nicolai Pennansconis, scolastici ecclesie Cracoviensis eiusdem Nicolai episcopi procuratoris, in numerata pecunia effectualiter duxeris persolvendos, nos indempnitati tue prout est decens providere volentes, tibi huiusmodi 4100 flor. tam a Nicolao episcopo seu Nicolao Penansconis procuratore, prefatis, quam alias ab episcopo Wladislaviensi pro tempore existenti [recipiendi] ac ipsos ad huiusmodi solutionem compellendi seu compelli faciendi plenam et liberam concedimus tenore presentium facultatem. Datum Rome apud sanctum Petrum kalendis Maii pontificatus nostri anno decimo.

Reg. Vat. 316 f. 111-111'.

10. *Albertus, electus Poznaniensis, pro totali solutione communis servitii camerae 200 flor. auri* non facta divisione de minutis servitiis nec aliquo soluto sacro collegio *per manus* Benedicti de Bardis de Florentia et Iohannis de Medicis de Florentia, solventium de eorum propriis pecuniis ipsius domini Alberti electi, *assignavit.*

Romae, 14 Maii 1399.

Arch. Vat. Obl. et sol. 55 f. 61. — *In margine:* Episcopi Poznaniensis. *In fine:* II fl. II gr. — Vis. Matzeus. — N. de Damiano.

[1] *MS.* eiusdem.

11. *Episcopus Wladislaviensis per manus Anthonii Iacobi et Doffi de Spinis, mercatorum Florentinorum, solvit servitium.*

Romae, 8 Iunii 1402.

Henricus etc. quod — Iohannes, Dei gratia episcopus Wladislaviensis pro parte partis sui communis servicii 281 flor. auri de camera sol. 12 et den. ...[1] monete Romane nobis et pro parte partis unius etiam sui minuti servitii 16 similes flor. sol. 27 den. 2 et obol. tempore debito per manus nobilium virorum Anthonii Iacobi et Doffi de Spinis societatis mercatorum Florentinorum solvi fecit — Datum Romae 1402 die 8 mensis Iunii anno XIII.

Obl. et sol. 59 f. 129'. — *In margine:* Episcopi Wladislaviensis.

12. *Episcopus Culmensis per manus Laurentii de Albertis, mercatoris Florentini, solvit servitium commune.*

Romae, 27 Iulii 1402.

Henricus etc. quod — Arnoldus, Dei gratia electus Culmensis pro totali solutione sui communis servitii etc. 350 flor. auri de camera nobis et pro totali solutione unius etiam sui minuti servitii etc. 31 similes flor. sol. 40 et den. 11 monete Romane tempore debito per manus — Iohannis de Campo, procuratoris generalis ordinis sancte Marie Theutonicorum, et Laurentii de Albertis et sociorum merchatorum Florentinorum, solvi fecit etc. De quibus etc. In quorum etc. Datum [a. 1402] die 27 mensis Iulii anno XIII.

Arch. Vat. Obl. et sol. 59 f. 131'. — *In margine:* Episcopi Culmensis.

13. *Episcopus Culmensis per manus Laurentii de Albertis solvit servitium.*

Romae, 28 Iulii 1402.

Henricus etc. quod — Arnoldus, Dei gratia electus Culmensis pro totali solutione communis et minutorum servicio-

[1] *In MS. deest numerus denariorum.*

rum domini Iohannis et domini Nicolai suorum predecessorum papam tangencium, ratione cardinalium mortuorum 86 flor. auri de camera sol. 14 et den. 7 tempore debito per manus dictorum Iohannis de Campo et Laurentii de Albertis, solvi fecit. De quibus. Datum [a. 1402] die 28 mensis Iulii anno XIII.

Arch. Vat. Obl. et sol. 59 f. 131'. — *In margine:* Episcopi Culmensis.

14. Arnoldus, Dei gratia electus in episcopum Culmensem, pro totali solutione sui communis servitii *350 flor. auri de camera* et pro totali solutione suorum quatuor minutorum *127 flor. sol. 13 et den. 8* atque pro complemento finalis solutionis communis servitii domini Iohannis predecessoris sui per ipsum dominum Iohannem promissi et non soluti et per eundem dominum Arnoldum recogniti *312 fl. auri sol. 25 camerae per manus* Iohannis de Campo procuratoris generalis ordinis beate Marie Theotonicorum ac Laurencii de Albertis et sociorum mercatorum Florentinorum *solvit.* Universis etc. Conradus etc. — Bonifacii IX anno tercio decimo.

Romae, 31 Iulii 1402.

Arch. Vat. Obl. et sol. 55 f. 190'. — *In margine:* Episcopi Culmensis.

15. *Archiepiscopus Gneznensis per manus Ilarionis de Bardis, mercatoris Florentini, solvit servitium commune.*

Romae, 12 Octobris 1402.

Henricus etc. quod — Nicolaus, Dei gratia archiepiscopus Gneznensis [1] pro parte partis sui communis servitii 98 flor. auri de camera sol. 40 monete Romane nobis, non facta divisione de minuto servitio, die date presentium tempore debito per manus Ylarionis de Bardis, merchatoris Florentini, solvi fecit. — De quibus. Datum [a. 1402] die 12 mensis Octobris pontificatus — anno XIII. — flor. 1 gr. 2.

Arch. Vat. Obl. et sol. 59 f. 133'. — *In margine:* Archiepiscopi Geznensis (!).

[1] *MS.* Geznensis.

16. *Recognitio Simonis de Talentis, monetarii Cracoviensis.*

Cracoviae, 31 Martii 1403.

Simon de Talentis recognovit, quod ipse de pecunia et staminibus Andree Czarnissa ad valorem 505 marcarum gross. Pragen. Cassoviam ad Ioannem Talentis, civem ibidem, pro comparando argento destinasset, que fuerunt ipsius Andree bona propria et ipsum solum concernunt. Insuper recognovit dictus Symon, quod quecunque debita ipse Andreas, tempore illo, quo ipsi socii in moneta existerent, apud quoscunque homines contraheret, ipsum in media parte contingerent et quod ipse ad medietatem solutionis eorundem debitorum omnium obligaretur.

Archivum civitatis Cracoviae, Acta consularia, 1392–1412, p. 176. — *Nota sub contextu*: Littera est data.

17. *Consules civitatis Cracoviensis a Petro Bicharano de Venetiis certas summas pecuniarum mutuant.*

Cracoviae, 1406.

Ratio concessionis pecuniarum, quas concesserunt diversi homines civitati anno MCCCC sexto . . . . .

Item tenentur [domini] Petro Pikaran de Wenetiis 35 marcas gross. Pragen., pro quibus Nicolaus Falkinberg consul intercessit, que date sunt domino Iohanni Tassonis pro libertatione quinque marcarum gross. Pragen. census ad tempora vite; terminus solutionis Pikaran fiende festo sancti Stanislai in Mayo.[1]

Item tenentur eidem Pikaran 20 florenos auri datos domino Iohanni Tassonis pro expediendis factis civitatis contra Michaelem Kökricz presbiterum ad curiam Romanam; terminus solutionis festo sancti Stanislai de Mayo proxime futuro, pro quibus Heynricus Smedt consul intercessit.[2]

Arch. civit. Cracoviae, A. consul. 1392–1412, p. 436.

[1] *In MS. nota:* Solvit eas Falkinberg ex parte civitatis.

[2] *Nota:* Soluti sunt 22 floreni ratione cambii.

18. *Senatus Florentinus Wladislao regi Poloniae leonem cum leaena transmittit necnon Leonardum Bartoli de Florentia et Petrum « Bicchierarius » de Venetiis in Poloniae partibus morantes ei commendat.*

Florentiae, 24 Maii 1406.

Serenissimo et gloriosissimo principi et domino domino Wladislao Dei gratia regi Polonie Lithuanieque principi supremo et heredi Russie etc. benefactori nostro singularissimo. Serenissime ac gloriosissime princeps et domine benefactor noster singularissime. Redeunte de Apulie partibus aliisque venerabili viro domino Iohanne, decretorum doctore nuntio et familiare commensale Vestre Clementie, nostrum dominium vestri parte amicabiliter et cum instantia requisivit, ut sibi leones, quos alias a nostris precessoribus et litteris et viva voce Vestra Serenitas pro singulari munere postulaverat, traderemus, sacro vestro diademati presentandos. Nos vero scientes quantum Vestra Clementia erga Florentinos dilectione afficitur singulari necnon affinitatem, qua iungebamini cum celebrande indelebilisque memorie invictissimo illustrissimoque principe et domino domino Lodovico olim rege Hungarie etc. nostre communitatis singularissimo protectore, et cupientes totis sensibus in beneplacitis vestri throni opportunas operas indulgere, unum leonem leena sociatum dicto domino Iohanni vestro nomine iussimus assignari, ut utriusque sexus animalia ad procreandos catulos haberetis. Sunt equidem hi leones Florentini et satis, quantum natura permittere potuit, mansueti deposita feritate, quam insitam habent hi, qui in Getulorum nascuntur regionibus et Indorum, in quibus multitudo dictorum animalium coalescit, sicuti perhibent naturales. Et cum leonum complexio sit frigoribus inimica, quod natura sagax ostendit, nam in regionibus estu ferventibus generantur, necessarium est, quod Vestra Serenitas, si dictorum animalium vitam et sobolis propagationem, ut remur, desiderat, faciat provideri, quod in locis calidis educentur et maneant. Conveniunt nempe cum regia maiestate leones, quoniam leo grece latine rex dicitur, sicut enim rex dignitate potentia et magnanimitate ceteros homines antecellit,

sic leonis generositas et vigor imperterritus animalia cuncta preit; et sicut rex sic leo adversus imbecilles et timidos clementissimum se ostendit et adversus inquietos et tumidos terribilem se offert animadversione iustissima. Dignetur igitur Vestra Serenitas munusculum hoc gratanter suscipere et non rem missam sed mittentis affectionem inspicere. Sunt enim cives nostri, maiestatis eiusdem devotissimi servitores, quos in regno vestro dignemini opportunis favoribus prosequi et in eventibus quibuscumque suscipere recommissos et inter alios Leonardum Bartoli de Florentia, monetarium Vestre Clementie. Preterea, cum nobilis vir dominus Petrus Bicchierarius (*s*) de Venetiis in vestris finibus pecunias multas recipere debeat et alia negotia habe[a]t exercere, Maiestati Vestre devotissime supplicamus, quatenus dignetur eidem domino Petro tam super exactione dictarum pecuniarum quam in aliis suis quibuscumque negotiis opportunos favores impendere iustitia mediante, quod nobis ad singulare beneplacitum ascribemus; nam tanta est conformitas inter illustre dominium Venetorum et dominium Florentinum, quod Venetos dilectione et caritate Florentinos per omnia reputamus. Super predictis insuper idem dominus Iohannes Serenitatem Vestram seriosius alloquetur, quam exaltare et conservare dignetur dominus noster Omnipotens feliciter et longeve. Datum Florentie die 24 mensis Mai 1406.

Florentia, Archivio di Stato, Signoria, Missive, Ia Canc., reg. 27, 1.

19. *Petrus Bicharanus et Iuntha nepos suus redimunt villam Siersza a Pascone de Doluszyce eiusque socio sub certis conditionibus.*

Cracoviae, 29 Ianuarii 1409.

Paschek de Doluszice et Iohannes, advocatus de Mislimicze, villam ipsorum dictam Syrcza, quam ex parte ipsorum apud Michaelem Longum civem Cracoviensem in 220 marcis latorum grossorum et 52 marcis communis pecunie Petrus

Gallicus[1] et Iuntha nepos suus, zupparii utriusque salis, redemerunt, eidem Petro et Iunthe pleno iure nichil pro se reservantes in eisdem pecuniis totaliter obligarunt, promittendo in forma; tali conditione interposita, quod idem Paschco et Iohannes super eisdem pecuniis eidem Petro et Iuncze nepoti suo de gaiis ville predicte debent laborare vulgariter wiszegacz et ea, que non potuerint delaborare in residuo dictam villam obligatorie tenere debebunt usque ad plenam exemptionem.

Helcel II, nr. 1191. — *Cf. etiam ibidem* nr. 1253, 1322, 3351'.

20. *Quaedam causa inter magistrum Monaldum de Luca et Iacobum civem de Cracovia alias de Mediolano, in officio consistoriali Cracoviensi vertens, in qua Monaldus* dominos Iohannem Marci Morisoni de Weneciis, Nerio de Thornaquincis, Iohannem Kambio de Florencia et Iacobo Meterom, de Cracovia cives — in vim cautionis fideiussorie *ponit, Iacobus autem dicit*, se esse et fore civem Cracoviensem, *fideiussores tamen* ponere nec habere potest tamquam homo hic advena et novus, ignotus hominibus huius patrie.[2]

Cracoviae, 12–28 Iulii 1410.

Ulanowski, Inscriptiones Clenodiales, p. 484–485, nr. 1390–1395.

21. *Petrus Bicharanus plenipotentem constituit.*

Cracoviae, 28 Augusti 1411.

Dominus Petrus Picaranus, salis utriusque supparius, constituit plenipotentem procuratorium ad recipiendum et exigendum etc. 10 marc. communis monete apud Nicolaum Schraw concivem de Frawenstat et Iohannem Schirmer etiam concivem etc.

Arch. civit. Crac. Acta Scabinalia 1408–1416, *de separata scheda in fine manuscripti agglutinata.*

[1] Gallicus *per errorem pro* Petrus Italicus Bicharanus de Venetiis.

[2] *Causa processus est ignota, finis etiam ipsius deest, quia Iacobus ad curiam Romanam appellavit.*

22. *Aliqui cives Cracovienses pro Georgio Hutter Petro de Venetia fideiubent.*

Cracoviae, 12 Martii 1412.

Nicolaus Schaffer, voit unser stat, Stenczil helmsmedt, Niclos sniczczer und Hannos Czipser unsere mitborger seynt borge worden mitgesampt hant und iczlicher vors gar alz seyne eigene schult vor Jorge Huttern auch unseren mitburgern kegin deme ersamen Petro Pykaran von Wenedien umb 25 marc. pragischir groschen von des czirwicz[1] wegin, der umb desselben Petri Pykaran gelt alleyne alz auch das Jorge Hutter bekant hat gekaufft were, den man ken Wenedien gesant hette, doran Jorge Hutter an der wynnunge den dritten pfenning haben sal und auch dy vorlust tragen in zottamer mose und undirscheit das wenne dem obigen Petro Pykaran brife komen und gesant werdin von Wenedyen adir von Florencz von erehafftigen leuten, das an dem czirwicz vorlust ist worden, so sullen dy obigen borgen als sie globit vor uns habin deme obigen Petro Pykaran vor den offgenannten Jorge Huttern 25 marc. gross. widir ynlegen.

Arch. civit. Cracoviae, A. consul. 1412–1449, p. 8.

23. *Wladislaus rex Poloniae* « Petro Picarano moderno et aliis qui pro tempore » *Vielicenses et Bochnenses fuerint supparii mandat, quatenus conventui fratrum Carmelitarum Cracovien. 20 marcas annuatim exsolvant.*

Zarnowiec, 4 Aprilis 1413.

Piekosinski, Codex ecclesiae cathedralis s. Venceslai II, p. 382, nr. 545.

24. *Solutio annatae per manus Adonardi de Riciis.*

15 Maii 1413.

Item [reverendus in Christo pater et dominus dominus Antonius Dei gratia episcopus Senensis s. d. n. pape] thesau-

[1] *Czirwicz, czerwiec = cremesi, chermesi, pro tinctura pannorum.*

rarius recepit die [15 Maii 1413] per manus Adonardi de Rictiis pro annata prepositure Plocensis nomine Derslai Micislay flor. 180 camere.

Florentiae, Biblioteca Nazionale, Cl. XIX, nr. 81, Introitus et exitus camere apost. Ioh. p. XXIII a. tertio, f. 18v. — *In margine:* Co. Annata Derslai Micislay, q. h. V° fo. 178.

25. *Solutio camerae 1000 flor. de Polonia per manus mercatorum Florentinorum.*

17 Martii 1414.

Item [thesaurarius posuit pro recepto die 17 [Martii 1414] per manus Caroli Geri et Adonardi de Tornaquintiis a domino Leonardo Iohannis de Florentia collectore in Gneznensi et Culmensi provintiis in Polonia flor. 1000 camere et pro soluto eidem Carolo pro dando d. Mantuano in summa 8000, ut patet in exitu. [1]

Florentiae, Bibl. Naz. Cl. XIX, nr. 81, Intr. et ex. cam. apost. Ioh. XXIII, p. 61v. — *In margine:* Pecunia collectorie Gneznensis.

26. *Solutio de pecuniis collectoriae Poloniae per manus Adonardi de Tornaquincis.*

16 Augusti 1414.

Item [thesaurarius] posuit [die 16 Augusti 1414] pro recepto usque in 13 Iulii per manus Adonardi de Tornaquincis de pecuniis collectorie Polonie flor. 250 camere et pro soluto domino Lausanensi vicecamerario pro expensis in eundo in Prussiam in summa 600, ut patet in exitu. [2]

Florentiae, Bibl. Nazion. Cl. XIX, nr. 81, Intr. et ex. cam. Ioh. XXIII, f. 87v. — *In margine:* Pecunia collectorie Polonie.

[1] *MS.* f. 189, « Pro d. Mantuano, item prefatus dominus thesaurarius posuit pro soluto die dicta [17 Martii 1414] per manus Adonardi de pecuniis collectorie provinciarum Gneznensis et Culmensis Carolo Gerii pro dando domino Mantuano in summa 8000 in vigore cedule d. n. flor. 1000 camere ».

[2] *Cf. MS.* f. 219, « Pro domino episcopo Lausanen. Item posuit pro soluto usque in 13 Iulii — episcopo Lausan. — in eundo in Prussiam pro factis d. n. flor. 250 camere in summa 600, ut patet per cedulam subscriptam manu propria et signeto ipsius sigillata ».

27. *Andreas episcopus Posnaniensis certam summam pecuniarum pro suo communi servitio camerae collegii cardinalium per manus Iohannis de Medicis solvit.*

Constantiae, 3 Novembris 1414.

Franciscus etc. quod reverendus in Christo pater dominus Andreas episcopus Posnaniensis, pro totali parte sui communis servitii, in quo camere dicti collegii sub certis penis et sententiis ac termino nondum elapso ratione dicte sue ecclesie tenebatur et extitit efficaciter obligatus, 200 flor. auri de camera necnon pro totali suo minuto servitio, in quo familiaribus et officialibus [sub certis penis — extitit efficaciter obligatus] 14 similes flor. sol. 14 den. 4 monete Romane nobis pro ipso collegio recipiente, per manus providorum virorum Iohannis de Medicis et sociorum mercatorum Florentinorum — die date presentium solvi fecit realiter et cum effectu — Datum Constantie anno a Nativitate Domini 1414 indictione 7 et die 3 mensis Novembris pontificatus — Iohannis pp. XXIII anno quinto.

Arch. Vat. Oblig. et. sol. 55A, Solutiones Collegii, f. 35'. — *In margine:* Posnaniensis. *In fine*: flor. II gross. II.

28. *Albertus, episcopus Cracoviensis, pro parte partis sui communis servitii camerae collegii cardinalium CC flor. auri de camera*, nulla solutione facta de minuto — per manus honorabilis viri Bartholomei de Bardis mercatoris Florentini *solvit.*

Constantiae, 22 Decembris 1416.

Arch. Vat. Oblig. et sol. 55A, Colleg. card. f. 61'.

29. *Borislaus Antonii de Pilchowo, decanus Plocensis, annatam per manus Francisci de Bosculis, mercatoris Florentini, solvit.*

Constantiae, 24 Aprilis 1418.

Universis etc. Ludovicus etc. salutem etc. Universitati etc. quod cum dudum, videlicet ultima die mensis Ianuarii anni Domini millesimi quadringentesimi quinti decimi proximi pre-

teriti, venerabilis vir dominus Borz[i]slaus Antonii de Pilchowo, decanus ecclesie Plocensis, pro annata seu mediis fructibus primi anni dicti sui decanatus per Sedem apostolicam sibi collati, in quibus apostolice camere sub certis penis et sententiis extiterat obligatus, centum et viginti tres florenos auri de camera ipsi camere per manus providi viri Francisci de Bosculis, mercatoris Florentini, solverit realiter et cum effeçtu, prout in litteris quitantie finalis per reverendum patrem dominum episcopum Lucanum ex post thesaurarium apostolicum sub data Constantie die 15 mensis Ianuarii anni millesimi quadringentesimi quinti decimi preteriti predicti factis et concessis vidimus plenius contineri, cumque idem dominus Borzislaus decanus proximis lapsis diebus pro firmiori subcautela per sanctissimum dominum nostrum papam sibi fecerit et obtinuerit de dicto decanatu de novo provideri, timeatque prout asserit pro dictis annata seu mediis fructibus primi anni dicti decanatus iam semel ut prefertur per eum solutis, per ipsam apostolicam cameram seu iurium eiusdem in civitate Plocensi collectores pretextu nove provisionis huiusmodi sibi facte imposterum forsitan posse molestari, nobis humiliter supplicari fecit, ut sibi super hoc de oportuno remedio pro sui cautela providere dignaremur ipsum ad aliam solutionem dicte annate non teneri, declarando. Nos propterea huiusmodi supplicationibus utpote iustis inclinati, attendentes, quod camera predicta unica tantum pro eodem vacante beneficio debeat atque velit esse solutione contenta, neminemque ultra debitum gravari debere, solutionem dicte annate, ut premittitur factam, ratam habentes atque gratam, prefatum dominum Borzislaum, decanum, ad ulteriorem solutionem annate dicti decanatus predicte non teneri declaramus per presentes, mandantes propterea venerabilibus viris dominis in civitate et diocesi Plocensi iurium dicte camere collectori et succollectori, quatinus dictum dominum Borzislaum pro annata seu mediis fructibus primi anni predictis nullatenus vexent, inquietent vel molestent. In quorum etc. Datum Constantie, provincie Maguntinensis, sub anno Domini millesimo

quadringentesimo decimo octavo, indictione undecima, die 24 mensis Aprilis etc. anno primo.

Arch. Vat. Arm. XXIX, v. 4, f. 94v. — *Sub contextu haec alia manu scripta inveniuntur:* Vis. N. de Urbeveteri. — Luphardus coll. per eundem. — fl. I gr. IIII.

30. *Fideiussio pro Isidoro de Anono Mediolanensi.*

Cracoviae, 25 Iunii 1419.

Item Iacobus de Parasnino[1] et Albicius de Medicis fideiusserunt Isidorum de Anono de Med[i]olano, quia ipsum ad ius hic in presentia iuris nostri usque ad finem et decisionem iuris [statuent]. Si ipsum non statuerint, ex tunc amitterent suam rem, videlicet 100 marcas gross. latorum.

Ed. Helcel II, nr. 1665. — *Cf. ibidem* nr. 1664. « Sbigneus Lappanowsky — contra Isidorum, quod eundem Sbigneum appellavit furem — Isidorus negavit — Sbigneus dixit, quod non haberet satis, quia idem non esset nobilis *etc.* ».

31. *Fideiussio Albicii Italici pro Antonio Tron Italico.*

Cracoviae, 18 Novembris 1419.

Albicius de I[talia] Italicus fideiussit pro Anthonio Tron[2] etiam Italico ad parendum iuri domino Iohanni, archiepiscopo Leopoliensi, ratione 60 marcarum communis monete, sub pena earundem 60 marcarum.

Nota: Feria tertia [in] vigilia sancti Nicolai presentavit et statuit ipsum Anthonium domino archiepiscopo presente in castro Cracoviensi ad iudicium terrestre.[3]

Arch. civit. Cracoviae, Acta Consularia, 1412-1449, p. 135.

[1] Parasnino *pro* Paravesino.

[2] *MS.* Taon.

[3] *Cf.* Helcel, Starodawne prawa polskiego pomniki II, p. 244, nr. 1681: « Veniens Antonius Gallicus (*s*) de Venetiis — fassus est, quod vult parere iuri — pro omnibus causis et factis, que reverendus in Christo pater et dominus [Iohannes de Rzeszow], archiepiscopus Leopoliensis, super ipsum proposuerit » (*9 Decembris 1419*).

32. *Ludovicus, Francisci, archiepiscopi Narbonensis, domini papae camerarii, locumtenens, Petro de Wulfram, licentiato in decretis, custodi ecclesiae Gneznensis, in regno Poloniae collectori, mandat, quatenus Iohanni de Medicis, mercatori Florentino, eiusque societati 1000 flor., qui de summa 1500 flor. anno 1413 camerae mutuata et 9 Augusti eiusdem anni in proventibus apostolicae Sedis in Polonia inscripta, adhuc ad solvendum restant, dicto Iohanni de Medicis eiusque societati de proventibus suae collectoriae assignari faciat.*

Florentiae, 20 Decembris 1419.

Arch. Vat. Diversa Cameralia, Arm. XXIX, v. 6, f. 6v. — *In margine eadem manu:* Assignatio de flor. M pro societate de Medicis super collectoria regni Polonie. *Alia manu:* De istis mille florenis dominus collector Polonie satisfecit in Polonia Albicio de Medicis ipso recipiente nomine dicte societatis de Medicis, ut constat per quitantiam dicti Albicii, ut etiam idem collector nobis Ludovico vicecamerario scripsit die tertia Iunii anno Domini millesimo CCCC XXII scriptum propria. — *Ed.* Theiner, MP. II, p. 22, nr. 28.

33. *Recognitio Petri Bicarani super tenuta zupparum.*

[Ante 1421].

Ego Petrus Pykaranus de Wenetiis recognosco tenore presentium — me apud serenissimum principem dominum, Wladislaum regem Polonie, dominum meum gratiosissimum, zuppas salis utriusque videlicet Bochnenses et Wyelicenses a die date presentium, scilicet a die Dominico proximo post Octavam sancti Martini, ad quatuor annorum decursum sese continue sequentium arendasse, emisse et convenisse prefectusque sum in zupparium legitimum zupparum earundem infra quadriennium antedictum modis et conditionibus taliter interiectis, quod quolibet anno dictorum quatuor annorum decem et septem milia marcarum numeri polonicalis quadraginta octo grossos in marcam quamlibet computando, quarum due partes erunt monete currentis et tertia latorum grossorum Pragensium sive florenorum, ratione emptionis et conventionis zupparum huiusmodi iuxta ratam quatuor temporum ipsi domino

regi dare et solvere debeo et ad thezaurum ipsius efficaciter infiscare me astringo, ita tamen, quod de gratia regie Maiestatis speciali infra eorundem quatuor annorum spatium transibit a die Dominica predicta usque ad octavam Conductus Pasce dictas zuppas libere tenebo et eas dispensabo, nullas solutiones de eisdem sibi faciendo; eo etiam specialiter interserto et expresso, quod omnes defectus zupparum, ruinas salisfodinarum seu montanorum ad edificiorum et domorum supra terram vel sub terra in omnibus, que reformari poterint, iuxta informationem subcamerarii et magistri montium reformare, ratificare et instaurare tenebor propriis pecuniis et expensis, parata montana debito moderamine emendabo et in ipsis novum sal fideliter inveniendo et querendo, quadraginta etiam equos regales cum duobus famulis ipsos equos attemptandum deputandis locare in eisdem zuppis et pabulis sufficienter pabulare debebo ac proprios famulos adiungere, quotquot ad procurandum eosdem equos fuerint opportuni, iuxta consuetudinem antiquitus observatam; dum autem ipsum regem ac eius consortem dominam reginam ad quamlibet zupparum earundem bis in anno tantummodo venire et descendere contigerit, ipsis et eorum curriensibus necessaria victualium et pabuli ministrare dominoque regi predicto per 100 marc. et eius consorti, domine regine, per 50 donare debebo et realiter pagare cum effectu, qui etiam dominus rex 100 bancos salis quolibet anno de zuppis predictis debet distribuere, quos sibi non carius, nisi per $^1/_2$ marcam debebo computare. Reliquum vero sal, si quod ultra dictos 100 bancos salis de eisdem distribuerit, michi computari debebit iuxta consuetudinem diutius observatam, quod etiam sal tempore mei suppariatus nimis carum facere non debeo, ne homines regni per magnam ipsius caristiam gravarentur. Preterea cupiens incomoda futurarum altercationum et cavillationum, que circa rationes plerumque committebantur, evitare et eis debitum facere moderamen, cum eodem domino nostro gratioso taliter ordinavi, quod sallaria perpetua et signanter ecclesiarum Gneznensis, Cracoviensis, Bochnensis, Nyepolomiensis, Myechoviensis, que B e r g r e c h t dicuntur et sallaria

thoporove et sallaria cancellarii marschalci et aliorum nunquam ad aliquam debebo ponere rationem. Ipse etiam dominus rex in instituendis et destituendis dictarum zupparum officialibus michi itaque et nulli alteri liberum commisit arbitrium, ita, quod de ipsis libere disponere potuero, iuxta quod michi melius videbitur expedire; in quibusdam zuppis tot et tanta relicta tempore mee resignationis fideliter debebo relinquere, quanta tempore mee intromissionis in eisdem reperta fuerunt et inventa ac per honorabilem Nicolaum, prepositum sancti Floriani, regni Polonie vicecancellarium, notata articulatim et conscripta. In casu vero, quo ex pestilentie, quam Deus auferat, aut guerrarum eventu aliquo, quod absit, dampna in eisdem zuppis me percipere contigerit, extunc dampna huiusmodi iuxta decisionem et pronuntiationem octo fidedignorum virorum utrobique assumendorum, quatuor videlicet nobilium et quatuor consulum Cracoviensium, ipse dominus rex tenebitur defalcare. Quas etiam zuppas interim, quod eas in arenda tenuero, evacuare indebite non debeo et non plus de sale effodere, nisi quantum vendere potuero sine fraude atque dolo, sic, quod nullum sal aliquo modo aut colore exquisito pro se usurpare debebo nec in deposito reponere aut quacunque occasione per se vel per alios ipsum reservare, dum zuppas debebo resignare, quas utique fideliter me astringo resignare. Et si aliquod sal in deposito tunc inventum fuerit, ipsum integre pro thezauro domini regis debebit infiscari et converti. Qui quidem dominus rex in singulis sui regni Polonie terris seu locis debet seriosissime prohibere, ne sal aliquod de aliis partibus ad regnum suům adducatur; ego vero omnes vectores et quoslibet homines pro sale emendo venientes debebo circa iura et consuetudines antiquas dimittere, nec eos aliquibus gravaminibus noviter inventis aut inveniendis opprimere, vias etiam, pontes et itinera destructa ratificare (*s*) et meliorare debebo iuxta consuetudinem diutius observatam ac tutiorem accessum vectoribus et aliis pro sale venientibus procurare. Qui etiam dominus rex me ab omni iurisdictione, iudicio et potestate omnium regni sui palatinorum, castellanorum, iudicum, subiudicum et quorumcunque officialium suo-

rum in factis dumptaxat zuppas concernentibus me liberavit gratiosius et exemit, taliter, quod coram ipsis citatus minime respondebo nec aliquas penas solvere debebo, sed tantum coram Maiestate regali aut cui me specialiter commiserit iudicandum, sive cuius de iure intererit, ad obiecta cuilibet respondebo. Zupparum etiam et mei Petri familiares per quempiam non debebunt iudicari, nisi per me ipsum et subcamerarium iuxta modum ab antiquo observatum. Horum etc.

Starodawne prawa pol pom. vol. X, Ulanowski, Libri formularum XV ... p. 78-79, nr. 154.

34. *Solutio servitii communis episcopi Wratislaviensis per manus Iacobi de Paravesino.*

29 Octobris 1421.

[Anno 1421] die 29 mensis Octobris — dominus thesaurarius habuit, recipiente domino Bartholomeo de Bardis, depositario, nomine camere apostolice,[1] per manus nobilis viri Iacobi Parvisini de Mediolano, ambassiatoris domini regis Polonie, solventis pro communi servitio episcopi Wratislaviensis in persona domini, flor. auri de camera 500.

Arch. Vat. Intr. et exit. 399 f. 17.

35. *Antonius de Venetiis promittit parere iuri.*

Cracoviae, 25 Aprilis 1422.

Anthonius Throno de Wenetiis promisit parere iuri hic in Cracovia ad festum sancti Iacobi proxime futurum Iwasckoni Sadoffsky ratione 8 sexagenarum communis monete, si et in quantum infra dictum (tantum soli) non concordaverit vel se disbrigaverit iure in Camenecz cum eodem Iwaschkone occasione dictarum 8 sexagenarum, sub cautione fideiussoria presentialiter facta.

Arch. civitatis Cracoviae, A. consul. Crac. 1412–1449, p. 183. — *Nota:* Anno Domini MCCCXXIII die quinta crastina sancte Scolastice supradictus Thomas alias Iwaschko sua voluntate prorogavit predicto Anthonio terminum, qui supra, usque ad diem sancti Stanislai proximi de Maio.

[1] *MS.* dicte camere.

36. *Senatus reipublicae Venetae mandat, ut cambium Guilelmi Rummel solvatur.*

Venetiis, 30 Ianuarii 1423.

1422[1] die 30 Ianuarii. Ser Franciscus Fuscari procurator, sapientes consilii.

Capta. Cum alias 1419 existente Francisco de la Siega notario in Cracovia, quando eum misimus ad serenissimum regem Polonie, ipse habuerit ad cambium a ser Petro Bicharano de ratione Guilelmi Rumel de Norimbergo ducatos 94 pro factis sibi commissis per nostrum dominium, qui denarii missi fuerunt ad solvendum Venetias, et licet cedula facta sit et missa ad camerarios nostri comunis, tamen dicti denarii adhuc non sunt soluti, quod est cum onere nostri dominii, quia illi, qui sunt pro dicto Guilelmo Rumel, quotidie solicitant et conqueruntur de hoc. Vadit pars pro honore et debito nostri dominii, quod de pecuniis acceptis ad cambium pro Candida dari debent et solvi dicti ducati 94 predicto Guilelmo Rumel aut illis, qui pro eo sunt hic Venetiis.

De parte alii, de non 2, non sinceri 2.

Venetiis, Arch. di Stato, Senato, Misti 54 f. 80v. — *Ed.* Simonsfeld, Fondaco dei Tedeschi in Venedig I, p. 172, nr. 330.

37. *Fideiussio Albicii Italici pro Antonio Italico.*

Cracoviae, 15 Maii 1423.

Albicius Italicus, theloneator Cracoviensis, fideiussit pro Anthonio etiam Italico, quod predictus Antonius in octodecim septimanis a festo Penthecostes computando debet portare litteram de Wenetiis testimonialem, quia est nobilis et de nobili sanguine processit. Qui, si non portabit nec ad ius ipsum statuet Albicius tempore assignato, tunc 60 marcas nobilibus Pyethuchoni et Iacobo fratribus de Dzadussicze solvere se submisit Albicius.

Helcel, Starodawne prawa polskiego pomniki II, nr. 1924.

[1] *Secundum nostrum calendarium 1423.*

38. *Solutio communis servitii episcopi Cracoviensis per manus Iacobi de Paravesino.*

31 Octobris 1423.

[Anno 1423] die ultima mensis Octobris habuit [thesaurarius], recipiente dicto B[artholomeo de Bardis] nomine dicte camere [apostolice], a domino Iacobbo Parvesino de Mediolano, solvente in personam reverendi patris domini Sbignei, episcopi Cracoviensis, pro suo communi servitio flor. auri de camera 1000.

Arch. Vat. Introit. et exit. 380 f. 18'.

39. *Senatus Florentinus Wladislao regi Poloniae pro gratiis Leonardo civi Florentino factis gratias agit, eumque et alios Florentinos favori regio commendat.*

Florentiae, 5 Ianuarii 1424.

Regi Polonie. Serenissime atque gloriosissime princeps et domine benefactor noster singularissime. Etsi principem quemlibet iustitie cultorem dignitas ipsa et nature vis faciat et gloriosum reddat, tamen non inferiori gloria eum clementia ingenti decore illustrat. Quid enim divinius in humanis geri, quid acceptius Redemptori nostro fieri valeat clementia, ignoramus. Homines equidem Deo immortali fama equat ipsa clementia, cuius Maiestatem Vestram observatricem experientia manifestissima et nonnullorum insinuatione hactenus et in presentiarum non sine voluptate intelleximus. Cum mirabili quidem humanitate Leonardum Iohannis ser Mathei, mercatorem et dilectissimum civem nostrum, maiorum suorum meritis nostre reipublice acceptissimum, ex non digne per eum gestis detentum, libertati pristine donatum et gratia restitutum Serenitatis Vestre benignitas dimicti imperavit: pro quibus Maiestati Vestre uberrimas humilitas nostra gratias agit, devotissime supplicans, ut Leonardum prefatum germanosque suos ac factores, in amplissimo regno vestro negotiantes, in cunctis ut fidelissimos servitores suscipere dignetur Sacra Maiestas Vestra favorabiliter commendatos; quos, et ceteros cives nostros,

etsi effectibus cognoverimus in gremio clementissime supereminentie vestre fuisse seculis omnibus recommissos, vehementissime nostra erga eos affectione attenta cogimur iterato precibus et supplicationibus enixius commendatos reddere Serenitati Vestre, quam Altissimus feliciter et votive conservare dignetur: cui nos et cives nostros devotione singularissima commendamus. Datum Florentie die 5 Ianuarii 1423.[1]

Florentiae, Archivio di Stato, Signoria, Missive Iª Cancelleria, reg. 30, c. 80.

40. *Solutio communis servitii episcopi Cracoviensis per manus Iacobi de Paravesino.*

11 Februarii 1424.

[Anno 1424, die 11 mensis Februarii][2] habuit, recipiente B[artholomeo] de Bardis, depositario, nomine camere apostolice a reverendo patre domino Sbigneo, episcopo Cracoviensi, pro complemento solutionis sui communis servitii per manus domini Iacobi de Parvesinis flor. auri de camera 500.

Arch. Vat. Intr. et exit. 380 f. 30.

41. *Fideiussores Italici pro Leonardo Italico.*

Cracoviae, 5 Augusti 1424.

Magister Iohannes, medicus Italicus uxoratus, qui tenet scolas medicorum et Lodvicus de Florentia zupparius, Urbanus de Zenowa et Papius de Florentia, Italici, fideiusserunt in solidum pro Leonardo Italico de captivitate dominorum statuere eum dominis feria secunda proxima vel reponere pro eo 20 marcas.

Arch. civit. Cracoviae, Acta consularia, 1412–1449, p. 213.

42. *Causa inter Albicium et Leonardum Italicos.*

Cracoviae, 7 Augusti 1424.

Albicium Italicum, theloneatorem de Cracovia, Leonardus Italicus etiam de Cracovia evasit corporali iuramento

[1] *Secundum nostrum calendarium 5 Ianuarii 1424.*

[2] *MS.* Dicta die.

sibi per Albicium prefatum delato super octoginta florenis auri et super sex talentis sinsiberis viridis et dominus iudex ipsum Leonardum ab impetitione dicti Albicii sententialiter absolvit.

Helzel, op. cit., nr. 1986.

43. *Wladislaus rex Poloniae suppas Wielicenses et Bochnenses Anthonio et Leonardo Iohannis, fratribus germanis, de Florentia mercatoribus*, cum omnibus iuribus, modis et consuetudinibus, cum quibus ipsas felicis memorie Petrus Pykerani, mercator de Wenetiis, dum viveret in humanis, habuit,[1] *pro 18500 marcarum monetae currentis census annui in quatuor annos arrendat.*

[Cracoviae], 4 Martii 1425.

Starodawne prawa pol. pomn. X, p. 79–83, nr. 156.

44. *Causa inter Albicium, theloneatorem et Antonium necnon Leonardum supparios, Italicos de Florentia.*

Cracoviae, 19 Iulii 1425.

Veniens Iohannes Frensberger, notarius domini Albicii, theoloneatoris Cracoviensis, recognovit — quomodo providi domini videlicet Anthonius et Leonardus salis utriusque zupparii habuerant tricenta stamina in foro annali sancti Stanislai vernalis et de istis staminibus tenentur predicti domini zupparii theoloneum in Bandzin; et talis conditio inter eos est facta, quod si domini zupparii non vendidissent dictum pannum in foro annali Cracovie pro tunc durante, ex tunc debuissent theoloneum per duos grossos a quolibet stamine persolvere. Tandem finito foro annali dominus theoloneator dominos zupparios habuit requisitos, an prefata stamina ex integro vendidissent, vel non. Illi asserebant, quod sic, sed dominus theoloneator in oppositum dixit, quod non, et ex tunc dominus theoloneator voluit videre probationem venditionis panni dicti, et domini zupparii ad hec responderunt, se offerentes probaturos tempore se ad hoc offerente, et sic probatio hucusque eadem mansit in

[1] *Cf. nr. 33.*

suspenso. Tandem adveniente festo sancti Viti, ubi etiam sic annale forum Cracovie celebratur, ut supra, iterum adducti sunt duo currus dictis dominis zuppariis, in quibus stamina panni habebantur, secundum litteras recognitionum de Bandzin a theoloneatore de ibidem, videlicet in una 150 stamina et in alia littera de alio curru 45 stamina; et propter prius theoloneum retentum, dominus theoloneator prohibuit pannum de curribus deponere vectores et sic convenientes partes ex adverso mutuo inter se fecerunt graves altercationes. Tandem domini zupparii destinaverunt suum specialem notarium, ut solveret theoloneum et solvit 5 florenos et dominus theoloneator fecit computare notario suo super rationem. Tandem notarius dominorum zuppariorum discessit. Postea ego notarius theoloneatoris fui iussus videre pannos prefatos per dominos meos. Postquam ego illuc perveni, notarius zuppariorum nolebat deponere pannos prefatos tam diu, donec apportata sibi fuit una littera theutonicalis et ex tunc interrogavit: An sufficeret recognitio sua, quot panni fuissent in curribus, an debeo visitare dominos tuos, ut eis referam, quod fuit. Cui respondi : Sufficit, michi si retuleris, et ob hoc a dominis huc transmissus sum. Et dixit michi, quod stamina in duobus curribus prefatis essent 309 et 4 involutiones. Et sic ego notarius theoloneatoris computando inveni et de his testimonium perhibeo veritatis.

Helzel II, nr. 2043. — *Vide alias quaestiones cum aliis eorundem suppariorum*, ibidem, nr. 2105, 2210.

45. *Senatus Florentinus Antonium et Leonardum de Florentia, utriusque salis supparios, gratiae regis Poloniae commendat.*

Florentiae, 7 Februarii 1427.

Regi Polonie. Serenissime etc. Quoniam in colenda retinendaque iustitia Vestra Serenitas, ut regie dignitati convenit, inter omnes legem Christi profitentes eminet, non erit nobis cure querere, quonam modo valeat nostra devotio iustissimum principem ad rem honestam, quam suapte natura semper fecit, commovere, sed solum humilitatis nostre desiderium explicabimus, firmissima spe tenentes, cognita benignitate, qua cives

nostros Serenitas Vestra prosequitur, ipsam in eorum agendis negociis se cum iustitie complemento favorabilem atque propitiam exhibere. Iam ex relatibus nobilium virorum Bernardi et Michaelis Iohannis ser Mattei eorumque sociorum et aliorum mercatorum, civium nostrorum dilectissimorum, intelleximus, quemadmodum ipsi Bernardus et Michael audita percelebri fama, que quidem ubique de summa Vestre Serenitatis iustitia singularique fide resonat et ea freti inductique consiliis ac precibus quorundam reverendissimorum patrum et aliorum spectabilium virorum Serenissime Maiestatis Vestre subditorum, qui quidem huc, ut gerendarum rerum opus tunc exegit, applicuerunt, consensum prestiterunt ac consuluerunt Antonio et Leonardo eorum fratribus, qui multis annis in gloriosissimo vestro regno et aliis Alamanie partibus cum honore et eorum maxima laude mercaturam exercentes, obversati sunt, ut introitus vestros sive gabellas aut verius iuxta vulgare zuppas [1] salis Wielicensis [2] et Bochnensis [3] a Serenitate Vestra conducerent, que per alios ad id antea deputatos, qui ipsas non potuerant aut forte nesciverant gubernare, fuerunt admodum imminute et ad nichilum ferme redacte, nec de eis, ut asseritur, solutio fiebat unquam integra nec cum Serenitate Vestra finale compotum, ex qua re factum est, ut ipsi Antonius et Leonardus suorum fratrum consiliis ac persuasionibus easdem zuppas [4] conducerent pro precio, pactis et conditionibus, que vestris in litteris, ut asseritur, continentur. Nunc vero, prout nobis a quam multis renuntiatum est, non obscuro quidem sermone sed una omnium voce palam dicitur, memoratos Antonium et Leonardum suis sumptibus, laboribus et industria zuppas [4] ipsas in brevi reformasse, illas in statum optimum reducentes, et de die in diem in melius reformare pro posse dispositos esse ceu fidelissimos ac diligentissimos Vestre Serenitatis rerum servatores, si eis promissa simulque conventa cum officialibus Vestri Culminis servaverint, que dicitur in quibusdam articulis ad plenum eis servata non fuisse, quoniam ipsi iam plus eo, quod Serenitas Vestra propter ea debetur pro secundo anno nichil

[1] *MS.* yubbas. [2] *MS.* Uliciensis. [3] *MS.* Bocconensis. [4] *MS.* iubbas.

inviti solverunt. Asseveratur etiam ipsos rationem et compotum suum, ut administrata per eos omnibus essent nota, summa cum instantia revideri petiisse et adhuc non potuisse petita iuxta eorum desiderium optinere. Nec tacetur, ipsos ob pestem, que priori anno eorum officii regnum vestrum et alia loca finitima miserabiliter infecerat, fuisse maximis damnis affectos, nec eis deinde secundum factas pactiones esse de debito satisfactum, sed non humane secum in solutione gestum esse, cum ad id solvendum non sint obnoxii, hi quidem cives nostri, si vera nobis referuntur, in tantum artantur, quod, si Vestra Serenitas eorum non miserebitur nec providerit (*s*), ipsos, ut promissum extitit, cum iustitia tractari, non libenter sed inviti cogentes famam pariter et honorem amittere, nec poterunt eorum fratribus et sociis aliisque mercatoribus satisfacere, quibus pro mercantiis et habitis denariis sunt obli[ga]ti, dictas zuppas [1] reformandi causa et pro solutionibus Serenitati Vestre factis ultra debitum eius, quod vere facere tenebantur. Ex quibus quidem rebus luce clarius comprehenditur, non solum ipsos officiales vestros, sed etiam alios cives nostros, qui suas mercantias ac nummos illis crediderunt, nisi Vestra Sublimitas bonitate sua provideat et occurrat, non mediocribus damnis affici debere. Quas ob res sepedictos cives nostros Serenissime Maiestati Vestre, que quidem ad res iustas peragendas prompta semper est atque parata, de novo nostro toto mentis affectu commendat, magnum in modum orans, ut, cum regni dignitas atque decus in administranda iustitia servandisque legibus conservetur, Serenitatis Vestre mansuetudo dignetur in singularissimam nostram gratiam ipsis nostris civibus regiis officialibus promissa iuxta firmatas conventiones in omnibus observari facere. Nichil est enim regi gloriosius nec fidelibus suis gratius quam administrate iustitie predicatio, que sine dubio bonos viros ad virtutes allicit [2] malosque deterret. Datum Florentie die 7 mensis Februarii 1426. [3]

Florentiae, Archivio di Stato, Signoria, Missive Iª Cancelleria, 30, c. 108v-110.

[1] *MS.* iubas. [2] *MS.* allicet [3] *Secundum calendarium Florentinum.*

46. *Senatus Florentinus consiliarios regis Poloniae precatur, quatinus in causa Antonii et Leonardi suppariorum apud regem intercedant.*

Florentiae, 7 Februarii 1427.

Consiliariis regis Polonie. Reverendi in Christo patres magnifici etc. Scribimus serenissimo et invictissimo domino patri et benefactori nostro singularissimo domino Vuladislao regi inclito quandam litteram in favorem quorundam nostrorum civium, cuius quidem littere copiam in ista includimus. Quam ob rem paternitates et amicitias vestras magnum in modum precamur et vehementissime oramus, ut penes Maiestatem Regiam intercedere place[a]t et velitis, ut quod petimus, favore et patrocinio vestro consequamur, cum non ab honestate remote sed iuste et eque petitiones nostre apertissime cunctis recte intuentibus appareant. Relatu etenim nonnullorum accepimus, quantum apud Serenitatem gloriosissimi domini regis vestre possint efficacissime intercessiones et preces. Obsecramus igitur caritates vestras iterum atque iterum deprecamur, ut hec tam iustissima causa equitatis contemplatione et amore nostro favere placeat et oportunas adhibere preces, ut quod cupimus ad optatum perducamus[1] effectum, id equidem a dominationibus et amicitiis vestris gratissimum reputaturi. Datum Florentie die 7 Februarii 1426.[2]

Florentiae, Archivio di Stato, Signoria, Missive 1ª Cancelleria, reg. 30, c. 110.

47. *Causa Margarethae relictae Wilhelmi de Ferrara comitis contra Hinczam de Rogow pro quibusdam laboribus et clenodiis pretiosis.*

Cracoviae, 12 Maii 1427.

Margaretha relicta olim Wilhelmi de Fararea comitis, contumax existens actrix contra dominum Hinczam de Rogow pro eo, quod tibi et bone recordationis fratri tuo Henrico ibidem de Rogow laboravit pro vestris necessitatibus et voluntate.

[1] *MS.* perducamur. [2] *Secundum nostrum calendarium 7 Februarii 1427.*

Et primo domino Henrico laboravit crinale, ad quod crinale posuit 15 lapides pretiosos et aurum ad reformationem predicti crinalis de perlis cum labore pro 6 marcis.

Et pro eo, quia eidem Henrico de propriis perlis eadem domina crinale confecit et suis lapidibus pro 7 marcis.

Et pro eo, quia eidem Henrico fecit galerum alias clobug cum propriis perlis dimidie marce cum dimidio scoto et quatuor ulnis auri et una ulna tafte et pro quatuor ulnis particarum aurearum alias listwice slote, que in sumpma cum labore continent 8 marcas.

Pro eo, quod sibi pro hastiludio laboravit ducenta lilia alba pro 8 marcis.

Pro eo, quod eidem tria crinalia argentea fecit ad astiludium et tibi Hinczconi huiusmodi duo, quodlibet pro 6 marcis.

Pro eo, quia eidem Henrico etiam ad astiludium aparamenta et indumenta cum monilibus laboravit de perris (*s*) pro 26 marcis.

Pro eo, quia eidem galerum de pennis ardearum czaple fecit, et quod dedit de propriis perlis unum loth et unum monile et dimidiam ulnam auri pro 2 marcis.

Pro eo, quia torquem alias noszene sibi laboravit, ad quam de propriis posuit 35 lapides pretiosos cum duabus ulnis auri pro 15 marcis.

Pro eo, quia eidem Henrico laboravit tria crinalia de propriis perris (*s*) lapidibus et auro pro 18 marcis.

Pro eo, quia sibi laboravit monilia super quatuor crinalia de perlis, super quo labore nichil dedit, nisi anulos aureos et tenetur pro residua impensa 8 marcas.

Pro eo, quia eidem laboravit de proprio auro 55 stellas aureas super iopulam ad corzandum pro 5 marcis.

Pro eo, quia ipsi meliorando 16 paria alarum aposuit et tenetur 16 marcas.

Pro eo, quia eidem unum puszonem pro 10 marcis [laboravit] pro eoque sibi tenetur.

Pro uno lapide dicto iachant 25 florenos.

Pro eo, quia sibi non solvisti 5 marcas pro pennis struttionum argenteis.

Omnia in communi moneta, florenis exceptis, et pro totidem dampni.

Helcel II, nr. 2131. *Alia eandem causam spectantia vide* ibidem, nr. 2119, 2191, 2245, 2269, 2270, 2279, 2280.

48. *Wladislaus rex Poloniae Bochniam deveniens,* nonnullis praelatis et baronibus praesentibus, de introitibus zupparum ab Antonio de Florentia Italo rigidam *exigit rationem.*

Bochnae, 1428.

Długosz, Historia Poloniae IV, p. 351.

49. Dominus Nicolaus Jaroczsky — habuit pro solutis 17 1/2 ducatos — a Matheo de Medicis mercatore Florentino receptos occasione cambii per dominum N. Thomasconis nomine dicti domini Jaroczsky facti.

Gnesnae, in consistorio, 19 Aprilis 1428.

Ulanowski, Acta capitulorum II, nr. 220.

50. *Recognitio Reginaldi de Sandro de Florentia de mercibus Venetias adductis.*

Cracoviae, 19 Iunii 1428.

Ego Reynaldus de Sandro[1] de Florentia confiteor, quod ego in Wratislavia nomine Anthonii scripsi in libro suo sic, quod etiam nos [duximus] ad Venetias a die 17 de Septembri per Henslinum de Larosa lapides 10 libras 2 de cremesi et lapides 12 minus libris 3 et ista omnia fuerunt in toto lapides 22 minus 1 libra. Et plus de vario 6 milia quinque cento et hoc idem vario et cremesi sunt Anthonii de Iohanne supradicto. Et sic confiteor ego Reynaldus, quod totum residuum de vario et cremesi, que Hanselinus de Larosa duxit ad Venetias, sunt Iohannis Banky de Wratislavia. Et ego dictus Reynaldus scripsi istam litteram de mea manu propria a die 19 de Iunio 1428 in Cracovia. Et plus ego Reynaldus confiteor, quod post annuale forum de Brega Iohannes Bank direxit dictos cremesi et vario ad Venetias et ego scripsi pro

[1] *MS.* Sandio.

parte sua Venetias ad Michaelem, quod dictum cremesi deberet baratare pro panno de seta et setta et taffata, et quod totum deberet distribuere in drapparia de setta et sic scripsi ego ad Venetias ad Michaelem pro parte de Iohanne Banky.

Arch. civit. Cracoviae, Acta cons. 1412–1450, p. 254. *Vide* nr. 53.

51. *Albicius de Medicis supparius plumbi fodinarum in Ilkus contra civem de ibidem.*

Cracoviae, 20 Augusti 1428.

Iurabit Mathias Dlugos de Ilkus contra Albicium, zupparium de ibidem, sicut signum ipsius de plumbo non depercussit ibidem. Terminus ad duas septimanas. Datur terminus ad interrogandum tertia die proxima post festum sancti Michaelis proximum, si habent cives diuturnitatem pro plumbo aut non.

Helzel II, nr. 2232. — Cf. *etiam alia eundem Albicium de Florentia spectantia*, ibidem, nr. 2039, 2612, 2614.

52. *Promulgatio sententiae diffinitivae in causa inter Antonium, supparium Cracoviensem et Iohannem Bank, mercatorem Wratislaviensem, per amicabiles compositores latae.*

Cracoviae, 13 Aprilis 1429.

Nos consules civitatis Cracovie recognoscimus publice per hec scripta, quod inter dominum Anthonium Iohannis de Florentia, utriusque salis terre Cracoviensis supparium, et ex adverso Iohannem Bank, civem Wratislaviensem, facta est coram nobis pronuntiatio arbitraria et diffinitio sive laudum per sex arbitros seu amicabiles compositores infrascriptos et eadem pronuntiatio est utrimque ab eodem Anthonio et Iohanne Bank totaliter assumpta et observari promissa sub pena inferius descripta, cuius pronuntiationis tenor quoad sensum et intentionem summariam sequitur et est iste:

Nos Michael de Czirla alias Lange Michel, Theodricus Weynrich, Bartholomeus de Gorka, terre Cracoviensis notarius generalis, Iohannes Sweydniczer, Hermanus Wolff et Tilmanus de Bruch, arbitri seu arbitratores et amicabiles compositores inter Anthonium supparium ex una et Iohannem Bank

de Wratislavia parte ex altera, utrimque ab eis electi et assumpti, facta per eos plena in nos compromissione de alto et basso super universis et singulis controversiis et rationibus, quas hucusque inter se ratione societatis et mercantiarum habuerunt per hanc nostram arbitrariam sententiam sive laudum, et compositionem sententiamus, diffinimus, declaramus, arbitramur, laudamus et pronuntiamus sicut per singulos articulos, qui sequuntur per ordinem, continetur.

Primo querela Anthonii supparii adversus Iohannem Bank fuit de violenta receptione piscature sue et pecunie monetalis ac litterarum desuper et privilegiorum cum iniuriosa detentione censuum et utilitatum ab inde provenientium, que iniuria et ablatio maxime facta esset ex consilio et subordinatione ipsius Iohannis Bank atque principaliter per eum, cum ipse proconsul fuerat, cuius potissimum fuit regere facere et mandare. Que omnia obiecta idem Iohannes Bank fecisse se negabat, dicens etiam diligenter se restitisse, ne hec fieri debuissent. Super quem articulum ex propositis et responsis hinc inde et ex plurimis litterarum efficatium documentis taliter cognoscendo comperimus et diffiniendo decidimus, quod Iohannes Bank obligatur seu tenetur personaliter et solvere debet dicto Anthonio suppario aut cui ille commiserit 195 marcas Boemicalium grossorum ex parte scilicet predictarum piscature et pecunie monetalis et ratione retentionis censuum et utilitatum inde perceptarum.

Et proposuit item Antonius supparius contra Iohannem Bank in alia querela, qualiter ille pendente causa coram nobis arbitris obloquia contra eum iactasset in detractionem fame et honoris sui, dicens, quod omnes littere, quas ipse contra eum proposuit false essent.

Ad hoc respondens Iohannes Bank dixit, quod ipse hoc non fecisset, et si aliquis alius hoc fecisset, hoc non esset de sua iussione vel voluntate et quod ipse litteris dicti Antonii nullam culpam daret.

Tertia querela Antonii supparii fuit pro domo et rebus domesticis sive utensilibus, quas ipse diffiniendo ei Wratislavie

reliquisset; hanc ita diffiniendo decidimus ex alterutris propositionibus et responsis, quod Iohannes Bank debet domum dicti Antonii supparii, sitam Wratislavie in platea Sancti Adalberti, in qua ipse Iohannes Bank manet, restituere et resignare eidem Antonio aut eius procuratori iam statim hic Cracovie coram consulibus et deinde Wratislavie similiter coram consulibus mox, cum idem Iohannes Bank venerit Wratislaviam. Et debet idem Iohannes Bank tantum aduc sedere in domo illa usque ad festum sancti Michaelis ex nunc proximum et hoc quasi conventor sed sine tamen censu. Item universam suppellectilem et res utensiles sive domesticas, quas Antonius supparius reliquit apud Iohannem Bank, illas debet idem Iohannes Bank Antonio aut eius procuratori similiter restituere et de facto nunc statim Wratislavie manu tradere et presentare in eodem valore, numero et integritate sicut illas ab eo suscepit. Deinde, si ex parte Antonii supparii non creditum fuerit, quod Iohannes Bank easdem res tam bonas et integras ei restituisset, ex tunc debet ipse Iohannes Bank de hoc prestare iuramentum coram consulibus Wratislavie, quod nec plures nec meliores suscepisset ab ipso Antonio res huiusmodi.

Quarta propositio Antonii supparii adversus Iohannem Bank fuit pro dampno 500 florenorum, quod dampnum ipse habuisset in quadam summa florenorum videlicet 920 florenorum. In hoc absolvimus ipsum Iohannem Bank ab ea postulatione, pro eo, quod Antonius supparius non habuit aliquas litteras, quod Iohannes Bank obligavit se ad refusionem huiusmodi dampni.

In quinta querela proposuit Antonius supparius contra Iohannem Bank, qualiter ille per alterum dimidium annum negotiando cum duodecim milibus florenorum percepisset inde in lucro 1200 marcas grossorum et repetiit ab eo hoc lucrum. Ad quod respondens Iohannes Bank dixit, quod non tanta fuisset summa capitalis et quod ipse non plus lucratus esset de pecunia ipsius Antonii quam 75 marcas, et quod idem Antonius remisisset sibi illud lucrum. Super hoc taliter sententiamus, quod Iohannes Bank iurare debet, quod hec ita sint,

sicut ipse dixit; et si ipse hoc fecerit, tunc erit liber de hoc lucro, quo ad iudicium humanum.

Sexta et ultima fuit propositio Antonii supparii contra Iohannem Bank pro 1174 marcis grossorum ratione salis et boum, quos ipse eidem Iohanni Bank misisset; hic recognovit Iohannes Bank 1100 marcas gross., residuas vero 74 marcas dixit se exposuisse pro utilitate dicti Antonii. Decidendo igitur diffinimus, quod Iohannes Bank debet solvere Antonio suppario 1100 marcas gross., quas ei recognovit et pro residuis debet ei iurare, quod eas exposuerit in utilitatem ipsius Antonii; si hoc fecerit, liber erit, aliter vero non.

Ex adverso vero propositiones et querele Iohannis Bank, quas obiecit contra Antonium supparium ac earum per nos decisiones sunt iste, que secuntur:

Prima eius propositio fuit pro 920 florenis, quos ipse pro eo solvisset Michaeli fratri eius Venetiis, ratione cambii duodecies centum septuaginta florenorum; ad quod respondens Antonius supparius dixit: De huiusmodi solutione michi non constat, verum, si frater meus recognoscit, quod ipse percepit dictos florenos ex parte mea, volo eos libenter solvere. Sententiamus igitur, quod Iohannes Bank debet portare recognitionem de Venetiis, si poterit, quod ipse solvit dictos florenos pro Antonio suppario, alioquin, si non portaverit documenta super hoc, que sufficient, nichil tenebitur ei Antonius solvere de predictis.

Alia obiectio fuit de duobus milibus trecentis octuaginta florenis et 17 grossis, quos Antonius supparius ei teneretur pro 7241 nettis de vario alias schonwerk et pro 2673 talentis de cremesi alias czirwicz, quas res seu merces Michael Iohannis frater ipsius Antonii suscepisset Venetiis ex parte ipsius Antonii et produxit de hoc debito quandam litteram italicam, asserens, eam esse de manu ipsius Antonii supparii. Ad quod respondens Antonius, cum vidisset dictam litteram, dixit: Hec littera non est de manu mea et ego nichil teneor ei de debito predicto, quia omnes res predicte non sunt mee, nec ego iussi, quod frater meus eas tanquam meas su-

scipere deberet, sed recognosco plane, quod sunt merces ipsius Iohannis Bank, et quod ipse debet eas repetere vel recipere a prefato Michaele fratre meo. Si enim essent mee res ille vel ego voluissem eas assumere per fratrem meum, cur non deberem eas sibi persolvere sicut decet virum bonum ?

Super hunc articulum breviter ita sententiamus, quod Antonius supparius debet ius suum ad hoc facere, quod memorata littera italica non est de manu sua, et quod ipse debitum illud non tenetur et Iohannes Bank debet predictas res sive merces repetere Venetiis a Michaele fratre Antonii supparii.

Item commemoravit Iohannes Bank 30 marcas grossorum, quas ipse solvisset Pironi pro Antonio suppario. Non contradixit Antonius, sed promisit eas sibi defalcare, si et in quantum dictus Piro ipsum Antonium de eodem debito habuerit absolutum.

Item commemoravit 50 marcas grossorum, quas Antonius supparius debuisset solvere in medio nunc quadragesime Petro Ioachim ex parte Dawid Rosinfelt in complementum solutionis domus ipsius Antonii. Quod ita decidimus et Antonius supparius vult hoc etiam libenter facere, quod si Iohannes Bank poterit ipsum Antonium quitum facere a creditoribus predictis, tunc debet et vult ei idem Antonius eandem pecuniam in suis debitis defalcare.

Commemoravit preterea 48 marcas gross. pro staminibus sittamensibus, quod Antonius recognovit et vult sibi eas similiter defalcare.

Rursus contra eum proposuit de 104 bancis salis, quas ei vendidisset, quod Antonius non recognovit et ideo debet et vult ipsum evadere suo iuramento.

Et posuit etiam de 28 florenis, quos ipse dicto Antonio mutuasset pro deductione mercium suarum per Henselinum de Rosa, quod Antonius similiter non recognovit, dicens, sibi de hoc nichil constare. Et cum ipse Antonius super hoc ius suum facere vellet, remisit ei Iohannes Bank iuramentum. Et ideo ipsum Antonium ab hac querela liberum sententiamus.

Ultima fuit propositio de 23 $^1/_2$ marcis et 5 grossis ratione dampni, quod se dixit fecisse in illis 920 florenis ad ipsius

Antonii iussionem. Respondit Antonius, quod nullum iussit ipsum facere dampnum, et cum Iohannes Bank non haberet aliquas litteras super hoc, absolvimus ipsum Antonium a huiusmodi dampni postulatione.

A principio igitur summando colligitur ex universa utrimque ratione, quod Iohannes Bank remanet obligatus Antonio suppario in duodecies centum nonaginta una marcis grossorum, sed de hac summa absumende sunt 50 marce ex parte domus, ut supra habitum est, et 30 marce grossorum, que sunt solute Pironi et item 48 marce gross. pro staminibus sittamensibus, de quibus supra. Item supradicti 920 floreni manere debent apud Iohannem Bank sub isto eventu, si ipse Iohannes Bank portabit huc Cracoviam recognitiones vel documenta, quod ipse exposuit huiusmodi florenos pro Antonio suppario, sicut ipse superius asseruit, et hoc infra hinc et festum Nativitatis Marie nunc proximum, tunc idem floreni debent sibi manere. Si vero non portaverit huiusmodi recognitiones, tunc ipse debet eosdem florenos etiam solvere Antonio suppario. Restat, quod Iohannes Bank finaliter tenetur Antonio suppario 702 marcas grossorum preter predictos 920 florenos et preter domum restituendam et res domesticas supradictas. Totam ergo hanc pecuniam et summam florenorum debet Iohannes Bank ad statim certam facere Antonio suppario per sufficientem fideiussoriam cautionem et debet ei solvere tertiam partem eiusdem debiti ad festum Nativitatis Marie nunc proximum et tertiam partem ad festum sancte Elyzabeth etiam ex nunc proximum et reliquam tertiam partem ad Letare proximum.

Ad roborandam autem totam hanc nostram pronuntiationem vallamus eam pena 4000 florenorum nobis pro medietate solvenda a contrafaciente et pro alia medietate parti servanti.

Hucusque est tenor et explicatio pronuntiationis per arbitros supradictos et hoc quantum ad vim sensus et rerum pondera et vigorem. Hanc igitur pronuntiationis sententiam ambe partes predicte plena emulgatione acceptaverunt, et presertim Iohannes Bank, cum iam liber esset et ab omni captivitatis et fideiussorie astrictionis vinculo absolutus libere ac voluntarie

promisit eandem pronuntiationem sive laudum sub pena predicta in omnibus observare, regratiando nobis consulibus plurimum atque prefatis arbitris et quicumque sui causa circa ipsam pronuntiationem se favorabiliter fatigassent.

Preterea omnia iuramenta, de quibus supradictum est, ab alterutrim prestita sunt vel dimissa. Et iusserunt prefati arbitri, quod ambe partes predicte deberent omnes litteras, quascumque inter se haberent, eis ex toto presentare, quod cum factum esset, dilaceraverunt eas iidem arbitri in minutas particulas tam Antonii quam Iohannis Bank. Et si alique alie servate essent, que eis non essent presentate, super quocumque essent debito vel ratione, illas cassaverunt dicti arbitri sententialiter, quod nullius debent esse roboris vel momenti. Omnes enim littere et cause vel rationes, quecumque inter eos hactenus extiterunt, nulla penitus excepta, debent de facto esse sopite, irrite et extincte et debent esse in hanc predictam pronuntiationis sententiam resolute. Datum feria quarta post secundam Dominicam post festum Pasce anno Domini 1429, prout hec omnia predicta in registro nostro consulari verbis latioribus de lingua teutonica continentur.

Arch. civit. Cracoviae, Acta consul. 1412–1449, p. 257-260.

53. *Recognitio consulum civitatis Cracoviensis de lite inter Antonium Iohannis de Florentia et Iohannem Bank, civem Wratislaviensem, in causa mercium Venetias adductarum.*

Cracoviae, 16 Aprilis 1429.

Nos consules civitatis Cracovie recognoscimus publice per hec scripta, quod cum legales et honesti viri Anthonius Iohannis de Florentia, supparius salis terre Cracoviensis, ex una, et Iohannes Bank, civis Wratislaviensis, parte ex altera, omnem causam sive controversiam suam, quam ratione mercationum et societatis inter se hactenus habuerunt de alto et basso, dedissent ad manus et ad cognitionem sex prudentum virorum, concivium et incolarum civitatis nostre, quorum hec sunt nomina: Mi-

chael de Czirla, Bartholomeus de Gorka, Theodricus Weynrich, Iohannes Sweydniczer, Hermannus Wolf et Tilmanus de Bruch, venientes deinde idem sex arbitri seu amicabiles compositores ad sessionem nostram consularem, cum de singulis propositis earundem partium plena rationis indagatione congruissent, fecerunt solempnem pronuntiationem arbitrariam et compositionem inter partes predictas super omnibus controversiis et obiectionibus, qu·scumque una pars proposuerat contra aliam, et eandem pronuntiationem ambe partes supradicte libera voluntate assumpserunt et in omnibus suis punctis et articulis servare promiserunt sub pena 4 milium florenorum, prout hec omnia in litteris recognitionis nostre de lingua teutonica plene et lucide continentur, ibi enim totum tenorem illius pronuntiationis de verbo ad verbum inseruimus, ita, ut coram nobis lecta est sermone teutonico et utrimque a predictis partibus approbata, hic vero quantum ad unum articulum, que illum decreverunt, tam arbitri sive compositores predicti, quam etiam ambe partes predicte consenserunt, idque obnixe a nobis petierunt, ut illum articulum iustis rationabilibusque de causis in latinum vertere et seorsum de eius tenore perhibere testationem dignaremur. Recognoscimus itaque nos prenotati consules, quod in memorata pronuntiatione arbitraria inter cetera ponitur unus articulus, quem ullus alius articulus precedens vel consequens in eadem pronuntiatione in aliquo diminuit vel quoquam alias restringit, qui articulus ex ipso originali in latinum versus quasi de verbo ad verbum sic sonat, et sunt iam verba arbitrorum supradictorum:

Etiam produxerat Iohannes Banke coram nobis instrumentum publicum super quadam compositione Venetiis facta inter ipsum et Michaelem Iohannis de Florentia fratrem supparii supradicti, quod instrumentum publicum dux Venetiarum vigorose confirmavit, in quo reperimus, quod Iohannes Bank querelam egit Venetiis contra Michaelem Iohannis de Florentia pro 7 milibus et ducentis quadraginta una netta vario alias schonwerg et pro duobus milibus sexingentis septuaginta tribus talentis cremesi alias c z i r w i c z. Et agebat idem Iohannes

Bank coram nobis in querela adversus prefatum Anthonium supparium, qualiter ipse per Hanselynum de Rosa, famulum suum, in domo Teutonicorum Venetiis fecisset sibi ascribi prenominatas merces et res quasi propria sua bona, propter quod Michael Iohannis easdem merces et bona in sua suscepisset tamquam bona ipsius Anthonii fratris sui. Ad quod respondens Anthonius supparius sic dixit, quod Henselinus (*s*) de Rosa famulus meus fecit michi ascribi predictas merces et bona, hec ego eum non iussi, et est factum hoc preter voluntatem meam, et ego etiam numquam scripsi Michaeli fratri meo, quod eedem merces predicte essent mee, quas Iohannes Bank Venetiis coram compositoribus sive arbitris repetiit iuxta tenorem instrumenti. Et adiecit deinde idem Anthonius Iohannis de Florentia, dicens coram nobis arbitris et compositoribus supradictis, ecce inquit: Confiteor et recognosco plane, quod prenominate merces et bona hic supra descripte non sunt mee et non ad me pertinent, sed sunt Iohannis Banko civis Wratislaviensis.

Deinde invenimus nos, supranominati arbitri et compositores, in predicto instrumento contineri, quod compositores illi Venetiis sententiaverunt, quod Iohannes Bank posse suum adhibere deberet, ut Anthonius Iohannis de Florentia ei predictas merces et bona persolveret, de quo puncto instrumenti confitemur et recognoscimus sex compositores supradicti, quod idem Iohannes Bank omnem diligentiam suam adhibuit, ut memoratus Anthonius ei res illas persolvisset, sed ipse Anthonius hec omnino recusat facere et dicit, ad se non pertinere huiusmodi solutionem, propter hoc, quod bona illa non sunt ipsius sed Iohannis Bank, ut supra clare est expressum.

Etiam comperimus in eodem instrumento predicto contineri ita sententiatum esse per compositores Venetiis et conclusum: Si Iohannes Banke non potuerit solutionem consequi predictarum mercium ab Anthonio Iohannis predicto et portaverit documenta sufficientia, quod prefate merces videlicet de vario et cremesi, quas Michael Iohannis nomine Anthonii fratris sui suscepit, ipsius Iohannis Bank fuissent et non Anthonii Iohannis, quod tunc memoratus Michael Iohannis sol-

vere debet dicto Iohanni Bank easdem merces supradictas. Et idcirco remittimus nos supranominati sex arbitri compositores prefatum Iohannem Bank ad repetendum predictas merces et bona sua aut pecuniam pro hiis a memorato Michaele Iohannis in Venetiis iuxta tenorem instrumenti et sententiam arbitrorum Venetiis pronuntiatam et iuxta etiam propriam confessionem Anthonii Iohannis supradicti coram nobis factam.

Hucusque est tenor verborum articuli supradicti precise ita in sententia ex teutonico huc translatus, prout in prefata pronuntiationis sententia continetur, que sententia coram nobis, consulibus civitatis Cracoviensis, lecta est et ab utraque partium predictarum assumpta, sub pena supranotata firmiter observanda, in omnibus suis clausulis, articulis atque punctis.

Recognoscimus preterea nos prenotati consules publice per presentes, quod venientes ad nostram presentiam consularem honesti viri Anthonius Iohannis de Florentia, supparius supradictus et Raynaldus familiaris eius, recognoverunt et confessi sunt voluntarie coram nobis, quod merces et bona in vario et cremesi iuxta continentiam instrumenti de Venetiis sunt Iohannis Bank de Wratislavia in et suis expensis et periculis Venetias transmissa per Henselinum de Rosa, familiarem predicti Anthonii supparii, et specialiter ipse Anthonius recognovit et confessus est, se nunquam pro eisdem bonis et mercantiis scripsisse fratri suo Michaeli, quod eedem mercantie sue essent vel ad se pertinerent, et etiam, quod nunquam fuit de mandato et voluntate sua, quod eadem bona et mercantie predicte scripte sunt Venetiis in domo Teutonicorum pro bonis ipsius Anthonii Iohannis.

Preterea Reynaldus familiaris predicti Anthonii recognovit ibidem coram nobis in consulatu, quod ipse scripsit quandam litteram italicam de manu sua et omnia contenta in eadem littera constanter confitebatur, cuius littere tenor, iuxta quod idem Reynaldus in presentia prefati Anthonii Iohannis et sex arbitrorum supranominatorum in sessione nostra consulari transtulit more suo loquendi, de verbo ad verbum sequitur et est talis:

Sequitur nr. 50.

In horum igitur omnium testimonium nos supranotati consules civitatis Cracovie appendimus hiis litteris sigillum nostrum consulare die 16 mensis Aprilis anno Domini 1429.

Arch. civit. Cracoviae, Acta consul. 1412–1450, p. 253–254.

54. *Recognitio Iohannis de Baudesen pro parte Iohannis Bank, de Wratislavia mercatoris, contra Antonium Iohannis de Florentia.*

Venetiis, 19 Octobris 1429.

Die 19 Octobris [1429] Ser Iohannes Petri de Baudesen Alemanus de Lusecia testis productus etc. Interogatus dicere veritatem suo sacramento testificando dixit, quod in vigilia futura festivitatis sancti Martini proxime venture erunt duo anni, quando ser Iohannes Banch de Breslavia veniens de Breslavia et accedens Charchoviam et inde accedens ad sallinas, ubi morabatur ser Anthonius Iohannis de Florentia, zuparius sallis, causa loquendi secum, et eodem sero recedens ab ipso ser Anthonio et revertens Charchoviam captus fuit in itinere prope civitatem Carcoviensem per medium milliarium teotonichum, quod efficit tria milliaria itallicha, et in dicto sero publicatum fuit per civitatem Carchoviensen, quomodo[1] dictus ser Iohannes Banch captus fuit in itinere, sed a quo captus fuisset, et quo ductus, ignorabatur. Secundo[2] die vel tertio, prout recordari videtur, fuit publica vox et fama, quomodo captus fuerat a quodam domino Petro Sofferez, castellano de Polonia, ad instantiam et petitionem ser Anthonii Iohannis de Florentia predicti, sicut per civitatem ab omnibus divulgabatur, a quo ser Anthonio receperat pecuniam, ut ipsum, ut supra, caperet et arestaret, quem in vinculis et in carceribus in suo chastro usque ad festum Resurectionis Domini vel circa retinuit; de quibus carceribus, si voluit exire, ipsum opportuerit[3] dare fideiussiones duarum millium marcharum, ut obligaretur et astrictus esset ad concordandum se cum dicto ser An-

[1] Simonsfeld « quod modo ».
[2] Sim. « Secundio » (*sic*).
[3] Sim. « opportuit ».

thonio Iohannis vel compromittendum. Interogatus, quomodo scit supradicta, dixit, quod supradicta scit, quia tunc versabatur dictus testis in illis contratis mercando, sepe sepius portando mercantias de uno loco ad allium, ut est moris mercatorum. Interogatus, quomodo cognoscit dictum ser Anthonium Iohannis, dixit, quia cognoscit ipsum, nam stetit alias secum in domo. Interogatus, si habet aliquid agere cum domino ser Iohanne Banch vel est debitor vel creditor suus vel socius, dixit, quod non habet aliquid agere secum.

Venetiis, Archivio di Stato, Petizion, Estraordinario nodari vol. 9 f. 1v. — *In margine*: Ad instantiam ser Iohannis Banch de Breslavia teotonici. Iuravit. — *Ed.* Simonsfeld, Fondaco dei Tedeschi in Venedig I, p. 190, nr. 358.

55. *Processus inter Iohannem Bank de Wratislavia et Michaelem Iohannis occasione quarundam mercium a dicto Bank Venetias missarum et a Michaele fratri suo Antonio Iohannis de Cracovia adscriptarum.*

Venetiis [circa 18 Novembris aut 14 Decembris 1429].[1]

Super questione vertente inter ser Iohannem Bancho de Breslavia ex una parte agentem et ser Michaelem Iohannis ex alia defendentem, dictus actor sic allegando dicebat. Conzosia, che io mandasse per ser Zuan de Ruosa alle man del dicto ser Michiel carmesi libre 2673 e vari 7241 a pagamento, i qual vari e carmesi el dovesse vender, el trato de quelli meter in panni de seda e taffeta, le qual cose l'abia messo in suo uxo contra debito de rasion. E siando sta arbitrado a Veniexa tra le dicte parte ch' io dovesse andare in le mie parte e far el mio poder d'esser pagado da Antuonio de Zuani fradello del dicto Michiel. E provando mi aver facto el mio poder d'esser pagado dal dicto Antuonio, e che i dicti vari e carmesi fosse mie e a mio nome mandadi a Veniexia a mio pericolo e spexa. E io abia provado tuto al zudixio de voi

[1] *Documentum hoc est sine data et sine fine. Anterius est de d. 18 Novembris posterius de d. 14 Decembris 1429.*

segnor zudixi de petition. E non abiando possudo esser pagado dal dicto Antonio, io abia sententiado el dicto Michiel in lo amontar del dicto carmesi, siandome reservà rasion in i dicti vari; e che la dicta causa sia legada e connessa con quella del dicto carmesi; e chel dicto Michiel designasse aver vendudo quelli a ser Nicolò Vendelin e ada alte persone mension de ducati 71 d'oro al miar. E però domando el dicto Michiel, sia sententiado a pagar i dicti vari alla dicta rasion, over a dar per mio damno libre 51, s. 8, gr. 2, p. 10 ad oro elle spexe della causa; offerandome de provar i dicti vari esser sta vendudi al dicto priexio, salve e reservade tute altre mie rasion per cadauna altra via e muodo.

Ex adverso autem responde ser Michiel de Zuani. Alla domanda me fa ser Zan Bancho de Breslavia davanti li honoreveli signor zudixi de petition. Noi non possamo partire della sententia facta per ser Zan Ursini e Pisanello Pisanelli e retificata per lo dicto offitio, per la qual se contine, chel dicto ser Zan Bancho debia provedere e far ogne possa suo de esser pagado de dicti vari insieme col el carmesi. E non possando esser pagato d'Antonio de Zuani dallado dellà in Polana, questo lo debia provar. E oltre de ziò debia provar dicti vari li mi mandasse lui Zuan come suoe, e in suo nome a mi in le mie man de mi Michiel come suo robbe. Digo, chel dicto ser Zuan non m'à facto nesuna delle dicte cose, e non pruova quello è ubligado, nè per pruove utentiche. E però per le dicte casion et per altre allegade nella sententia del cremessi cabocha, dicho che non li sono tenuto ad alguna chossa. Apresso digo, che non li son tenuto a niente, perche el dicto ser Zuan s'achordo con el dicto Antonio de Zuane de i dicti vari insieme con el carmessi fone de zugno 1428 in Charchovia e feze a quello termene como i piaque, et tolsene scripto de man del dicto Antonio e avene el termene el dicto Antonio el pago como è dicto in l'altra destessa del cremessi, e cusì tutto questo me offero de provar ale Vostre Reverentie, zoe averse acordado senza mio consentimento, sì che quello una volta i è piaxusto, non li puo despiaxere. E anchora ve

richordo a le Reverentie Vostre, che in dicta nostra sententia arbitraria fu deciarido, chel dicto ser Zuan si debia pagare de le dicte robe segondo el conto, che io mandai de la in Polana al dicto Antonio de Zuane, dal qual connobi et congnosco dicte robe, el qual conto monta, abatudo le spexe, e datii vostri cercha libre 48, gr. 60, et el vol esser pagado del chavedal senza pagar datii et altre spexe. E quando per le raxon predicte e per altre dicte la deffexa de la sententia del cremessi e panni e per le raxion dicte allegade a bocha che io non i son tenuto ad alguna chossa, e però domando, ve piaza absolverme da la dicta iniusta domanda e lui condennar in le spexe, reservandome le mie raxon. E per caxon che un de le mie prove del dicto acordo per una sententia arbitraria facta in Charchoia (*s*) rechiedo el vostro iudicio, che mandi a tuor la dicta sententia con letera de fede, non obstante, che io aspeto de zorno in zorno, che la dicta sententia sia aportada, per la qual vederì ciaramente esser tal acordo tra lor facto e anchora el pagamento. Et abiando vui fermo esser l'acordo, digo me doveti absolvere da tal domanda, perchè non è zusto abia fato algun achordo in mio prezudixio, se lui à voiudo far algun apiaser a mio fradelo, voio l'abia fato a so chosto e non a mio, perchè lui fexe el dicto acordo per so grande utilitade, e però domando esser absolto per le raxion soradicte.

Venetiis, Archivio di Stato. — Petition, Sentenze a giustizia, R° 53, c. 24.

56. *Recognitio consulum civitatis Cracoviensis in causa attestationum a Iohanne Bank Venetiis receptarum.*

Cracoviae, 17 Decembris 1429.

Als Antonius der Saupnik uns bat und ofte vormols uns gebeten und gemut hatte, dy scheppin czu underweysen, daz sy im eyn brifflich geczewgnis geben, daz her alle macht und inhaldunge des burgbrifes von Hannos Banken wegen mit der tat gegeben und abgetreten hot Paul Ostrossken als vil als

her recht dorczu hette und daz sy im den artikil nicht insecczen sulden von der macht, daz her denselben Paul Ostrossken gemechtigt hette der innehaldunge desselben burgbrifis, do frogte wir in sammelunge unsirs ratis jung und ald, ap her mit demselben geczewgnis, daz her begerte, ader mit dem burgebrife icht meynte unser leute dy vor Hannus Banke geburget haben anczulangen alzo, daz sy sich doraus icht not ader schadens beforn durften und dorof entwirten der obgenante Antonius der Saupnig und gloubte, daz her kerne anlangunge von der obgenanten burgeschaft wegen ymande tun welde und ouch so sulde Paul Ostrosske daz nicht tuen is enwero denne, daz her sulche redliche sache des haben wurde daz eyn yderman dirkente daz her rechtfertige sache dorczu hette alzo mit namen ab is geschege, daz im sulche beweysunge von Venedien czweine daz Hannus Bank deme ausspro-che der czwischen in beyderseyt alhy vor uns gescheen ist nicht genug geton hette, nemelich in deme stucke, daz vir vorrichtsleute czwischen seyme bruder und Hannus Banken czu Venedie gewest weren, des derselbe Hannus Bank ag von irn czween beweysunge her brocht hot.

Arch. civit. Cracoviae, Acta consul. 1412–1449, p. 267.

57. *Processus inter Iohannem Bank de Wratislavia et Michaelem Iohannis de mercibus a prefato Bank Venetias missis et a Michaele Antonio Iohannis adscriptis.*

Venetiis, 13 Februarii 1430.

1429, die 13 mensis Februarii.[1]

Super questione vertente inter ser Iohannem Bancho ex una parte agentem et ser Michaelem Iohannis ex alia defendentem, dictus actor sic allegando dicebat. Conzosia chel dicto Zuane mandasse de sua rasion per Anzelin de Ruosa alle man del dicto Michiel cremexi, che pasa a Veniexia in fontheco de thodeschi libre 2673 et vari a pagamento 7241, segnadi el dicto cremexi e vari del segno del dicto Zuane Bancho; e

[1] *Secundum usum Venetianum.*

fo mandadi i dicti vari e cremexi del dicto Zuane in compagnia de altri vari e cremexi de Antonio de Zuani, fradello del dicto Michiel, segnadi del segno del dicto Antonio, e per lui mandadi al dicto Michiel; i qual vari e cremexi del dicto Zuane el dicto Michiel doveva baratar in thaffatha e panni de seda a nome del dicto Zuane. E conzosia chel dicto Michiel rezevesse le dicte robe e abia vendude quelle, e non abia observado el dicto ordene, de che el dicto Zuani vegnisse a Veniexia per veder le suo raxon cum el dicto Michiel, e vedendo chel dicto Michiel recussava far el dover al dicto Zuane, el delibera constrenzer per zudizio el dicto Michiel su le dicte caxon. E per esser confortado a comprometterse e perche in simel caxi cuxi se praticha in le suo parte, el dicto Zuane se comprometesse cum el ditto Michiel in certi arbitri, i qual tra le altre cosse arbitradi per lor arbitra, chel ditto Zuane dovesse sperimentar in le suo parte e far el suo poder de esser pagado de l'amontar de i dicti vari e cremexi dal dicto Antuonio, fradello del dicto Michiel, segondo el conto el ditto Michiel manda al ditto suo fradello, e che non possando esser pagado dal dicto Antuonio e provando i ditti vari e chremexi esser stadi suoi e mandadi a Veniexia a nome del dicto Zuane, chel dicto Michiel fosse obligado a pagar al dicto Zuane l'amontar de i dicti vari e chremexi a la festa de Nadal in quela volta proxima. E cum zo sia chel dicto Zuane andasse in el suo paexe e sperimentasse e fesse el suo poder d'esser pagado dal dicto Antuonio, e non abia possudo rezever da quelo el suo debito pagamento. E chel se offera provar i dicti vari e chremexi esser stadi del dicto Zuane e mandadi per lui a le man del dicto Michiel et a so nome del dicto Zuane et esser sta dessignadi al dicto Michiel over a suo comesso per nome del dicto Zuane, e i dicti vari esser sta vendudi per lo dicto Michiel a raxon de ducati 71 el mier a ser Nicolò Vendelin et ad altre persone, che vien amontar i diti vari a la dicta raxon libre 51 s. 8 gr. 2 p. 10, de la qual quantità se desbatte libra 1, s. 19, gr. 11, p. 24 per dreti pagadi per i dicti vari et altre spese seguide per i ordeni de la terra. E perhò

domanda el ditto Zuane chel dicto Michiel sia sententiado a doverli dar per trato netto de i dicti vari libre 49, s. 8, gr. 2, p. 18, salvo erore chalchulli e le spexe de la cauxa, e salve e resservade tute altre suo raxon del trato del dicto cremexi, como in l'amontar de zerti panni vendudi al dicto Michiel de raxon del ditto Zuane, e nel danno de la investida de la dicta roba non fatta per lo dicto Michiel de Zuane al dicto Zuan Bancho segondo el suo ordene como eciamdio per ogni altra via e modo.

Ex adverso autem. Respondo io Michiel de Zuane, vostro citadino, ala domanda me fa Zuan Bancho da Vreslavia, che prendo grande admiracion de tal domanda, cum zo sia che per simel caxon el me sentenziò adì 7 de setembre proximo passato a la corte vostra per lo chremexin libre 167, s. 1, gr. 3, p. 0, ressalvandose la raxon de i dicti vari, che hora me dimanda, e che la dicta sentencia con tute sue dependenzie e pertinencie fosse largamente taiata in lo magnificho e honorando Conseio de 40, che de nuovo me adimanda cosse, che è stato cognosuto aver el torto; ma per obedir ai vostri comandamenti, che ...[1] debia dar resposta per questa caxon dicho cuxi: El è la verità, chel dicto ser Zuan Bancho vene a Veniexia de mazo 1428, e debiando avere io dal dito molti denari e roba, e obligatome per lui a plui persone rimanemo dacordo e comprometessemo in do zudexi arbitri, che lui clamò, salvo che de le piezarie, e de questi fo stretto a i consoli de pagare denegandomi, e fu per libre 300 de grossi o zirca. E per i dicti zudexi arbitri fu sententiato de pagarme per resto de tute nostre fazende libre 98, s. ...,[2] gr. ...[2] de grossi, e che me desse libre 1000 de chremixi havea del mio in Trevixo. E vedendo el dicto ser Zuane essermi sì in grosso debitore ello allegò ai dicti zudexi arbitri, che io li dovesse dare el trato de certi vari e chremixi, i quali rezeviti e cognossi d'Antuonio de Zuane e non da lui, donde i dicti arbitri veduto e intesso tuto intorno a questa caxon, sentenziano como per quela sententia appare, la quale sentenzia è dachordo rattiffichatta, sì che da quela nisun se può partire.

[1] *Lectio illegibilis.* [2] *Deest numerus in MS.*

Per la qual sententia arbitraria dicho, chel dicto ser Zuane non me può domandar i dicti vari, ne altro, ne io i son debitore a niente per doe caxon. Prima perchè el ditto ser Zanin non m'à ubeditto la dicta sententia ne in parte ne in tuto, ne provato secundo per quela sententia e affretto de fare, como spiero dechiarare le reverentie vostre in questa deffexa mia, et eciamdio a bocha. Et anchora provare la seconda, perche el dito ser Zanin de dicti vari insieme con lo chremexi se acordò con el dicto Antonio de Zuane di sua volontà, e per sua grande utilità et eciamdio fo pagatto dapoi zercha mexi 4 del ditto acordo. El qual acordo o pagamento spero, mostrerò chiaro a le magnifizenzie vostre per questa mia deffessa et eciamdio provare per modo, vederete chiaro, non son obligato al dicto ser Zuane de i dicti vari, ne d'altro in alcuna coxa.

E per dechiarare la prima parte dico, chel dicto ser Zuane è sentenziatto a dovere fare 4 coxe. La prima, provedere e fare ogni possa sua e ogni experimento d'essere pagatto da latto de là d'Antuonio de Zuane de dicti vari e chremixi; seconda, de fare lo dicto experimento inanzi el termene de Natale 1428, como dechiarirò e proverò; terzo, che debi provare e constare non aver possuto esser pagato de la dicta roba d'Antuonio predicto, e questo inanzi Nattale preditto; quarto, che debia provare dicti vari e chremixi me li mandasse in mia mano per so nome come suoi. E questa prova deveva fare avanti Natalle 1428. E non fazando tute le dicte 4 coxe dize la sententia io non li sia obligato a niente. Chel ditto ser Zanin non abi fatto la prima elo medexemo lo confessa, che dice, poteva farlo a suo piazere, e io dicho che cuxi tosto come el ditto ser Zanin pote domandar el ditto trato de dite robe e non volse e stete circha a uno anno dapoi, la raxon non de volere io li sia obligatho però affato contra la sententia nostra e non l'à possuto fare in mio preiudicio; e che non abi fato la seconda parte al tempo, che doveva, se prova manifestamente, che le pruove ne recha fono[1] date d'aprille 1429

[1] fono *pro* furono.

e quele deveva fare in anzi el termene de Natalle. S'intende chiaramente; però prima conviene fare la chaxone, che sia el termene primo se la sententia dize io li sia debitore a Natalle proximo. Adumque sentendo dovere sperimentar d'essere pagato avanti ditto tempo, e che non ebi fatto la terza parte, vedete per lui medessimo, che ne la soa domanda non dize de provare avere sperimentato de là, nè pruova autenticha porta, nè a tempo.

E perchè ser Zanin dize in la soa domanda in la quarta parte, ch'è debitore de fare, che me proverà avermi mandatto i dicti vari e darli in mia man per suo nome; dicho, che questo non è possibile, perchè como ve dechiarirò apresso e per lui medessimo, non può provare quello dize ne eciamdio che li dovesse barathar taffetta, salvo può provare per modo de ingano. E perhò priego le vostre reverentie, che per reverentia de Dio mettano mente a torre tale prove; e consideri le prudencie vostre queste 12 vere avidenzie. Prima considerare la letera d'Antuonio, chel mi manda, datha in Brislavia adì 18 de setembre 1427. Item la letera del dicto Antuonio data in dicto luocho adì 19 del dicto, che per plui presto messo lo replicha. Item considerare ne la prima domanda me feze ser Zanin del chremexi, chel dize comisse Anzolin de Roxa le vendesse lui, e non possendo vender le mi desse e hora se contradize. Item considerare la scrittura de fontecho, como Anzolino la mette in nome d'Antuonio e dane el beneffizio tuto ad Antonio de la gratia de chi demette robe. Item consideri, che ser Zanin comette tuti i suo fati a Baldessara suo niovo prima bene uno anno, como ho provatto si che raxon arebe al ditto mandatto dite robe e non a mi. Item ve priego, voiate udire ser Zanin Minio, che fo messetto de ditte robe et tenene lui el conto e non altri, fe (*s*) mai per nome de ser Zanin Bancho Anzolino mi consegnò niente. Item ve priego, vogliate udire ser Nicolò Vendelino varotaro, come uno mexe o zircha avanti ditte robe venisseno trovandossi a Padoa per la moria io li vendeti detti vari zioe 14,000 e queli aspettavo d'Antuonio e udito noi erano arivati vegnisseno de conpagnia

vie, Iohannes de Parvisinis de Mediolano, Nicolaus Vagii de Florentia, Petrus Iohannis de Florentia, Iacobus de ibidem et honesta Margaretha, consors Anthonii intima una cum pueris ipsorum, fideiussores pro eodem in bona mentis et corporis existentes valitudine, non compulsi, non coacti, nec ullo dolo erroris devio seducti, libere, sponte, sine dolo et fraude, manu coniuncta et in solidum recognoverunt, se fideiussisse serenissimo principi et domino domino Wladislao, Dei gratia regi Polonie et domino nostro gloriosissimo, et inclitis filiis suis necnon magnifico domino Petro, pallatino Sandomiriensi, capitaneo Cracoviensis et Siradiensis terrarum, nobilem Anthonium, olim utriusque salis supparium, in debito ratione salarii supparum domini nostri regis per ipsum in ratione obligatum, ad festum proximum Nativitatis Christi presentare, statuere, ponere et locare in castro Cracoviensi coram predicto capitaneo, si et in quantum domino nostro regi gloriosissimo per ipsum Anthonium solutio non fieret integralis sub fide et omnium bonorum mobilium et immobilium ammissione, quo non facto, quod absit, si ipsum Anthonium predicti fideiussores manu coniuncta ad diem prefixum statuere non possent et infortunio accidente de regno fugeret, extunc predicti fideiussores unanimiter manu coniuncta in loco ipsius Anthonii in captivitatem se submisserunt et obligarunt, quousque ad plenam domino nostro regi solutionem, sub privatione colli et bonorum predictorum ammissione. Si etiam de predictis fideiussoribus unus, duo, tres vel quatuor fugerent vel tributum universe carnis naturale exsolverent, residui viventes debent pati omnia tamquam omnes superviventes, tali etiam conditione adiecta, si et in quantum predicti fideiussores ad regiones extraneas terrarum, marchionatus, langraviatus et ducatus extraneos fugerent, extunc ad simplices litteras domini capitanei et nostras absque omni iurisdictione submiserunt se captivari, vinculari, detineri et huc Cracoviam tamquam factores veritatis sine omni contradictione duci, nullo iure seculari, militari, spirituali, expeditione, litteris, colore, modo exquisito, strepitu iudicii dominum regem et filios suos non evadendo nec ipsius capitaneum,

nisi simpliciter ipsum Anthonium ad festum prenotatum Nativitatis Christi vivum vel mortuum obligarunt se statuendum sub penis prenotatis.

Arch. civit. Cracoviae, Acta consul. 1412–1449, p. 295.

68. *Sententia diffinitiva scabinorum Cracoviensium in causa inter Antonium de Florentia et Iohannem Bank de Wratislavia.*

Cracoviae, 15 Februarii 1432.

Sint der czeyt daz brifliche und genugsame beweisunge an uns brocht ist von dem ersamen siczczenden Rate undir der Statsigil, daz komen seyn vor gesessenen Rat dy vir vorrichtslewte und czwene obirmann dy Antonius Iohannis von Florencz selbir gekorn hot czu dirkennen czwischen im und Hannose Banken von Breslaw, ap dem awsproche, den sy vormols czwischen in ausgesprochen hatten genug gescheen were noch awsweysunge desselben awsprochs, und haben laut und eygintlich bekant, daz Iohannes Bank der beweysunge genug geton hot, der her sich vormessen hatte noch awsweysunge des awsprochs. Und haben dirkant und czugestanden, daz dy burgen frey seyn der burgschaft, dy sy vor Hannus Banken geton hatten umb eyne sulche summe geldis und in sulcher geschicht und mit sulcher underscheyt ap Hannus Bank dy beweysunge nicht geton hotte bynnen der czeyt und also als in dem awsproche stet, und bey deme geczawgnis derselben vorrichtislewte und obirman vor gesessenen Rate keyginwortig gewest ist Antonius der obgenante und ouch Paul Ostroschke, und haben doweder keyns geredt, und derselbe Antonius hot im doranwol lossen genugen noch clarer awsweysunge des brifis unser herrn der Ratmanen und im denne Paul Ostroschke dy obgedochten burgen vor uns geladen hot und anlangt sy von der abgenanten burgeschaft wegen und noch clage und entwert ortil vormols hy ausgegangen ist ausgehegt Bank dorynne dy burgen als obene frey geteylt seyn von Paul Ostroschken und ken eyme ydermann von der obgenanten burgschaft wegen czu ewigen tagen. Und

Paul Ostroschke das ortil nicht ofnam und schald das of das haws und dy scheppin des obirsten Rechten of dem hawse unsir ortil bestetigt haben, und Paul Ostroschke das abir nicht ofnam und hot das nicht vorbas gescholden alse recht ist, und hot das nicht an dy stete brocht als das an uns geczewgen Voit und Scheppin des obirsten Rechten of dem hawse undir irim sigil, so sprechen wir aus orteyllich, das der burgerbrif dorynne, dy drey burgen globt haben von Hannus Banks wegen ken Antonio von Florencz sal machtelos seyn und tot czu ewigen tagen und sal keyne bund und kraft vorbas haben von rechtis wegen. Das ortil hot Paul Ostroschke ofgenomen.

Arch. civit. Cracoviae, Acta scabinalia 1419–1446, p. 33.

69. *Nicolaus abbas Brzesenensis contra Petrum Italicum fideiussorem Guidonis Italici causam movet.*

Cracoviae, 31 Martii 1432.

Dominus Nicolaus, abbas Brzesenensis, tutor monasterii Zwerzinensis, actor [contra] P e t r u m I t a l i c u m, manentem Cracovie, quondam vicezupparium Anthonii pro 140 florenis Ungaricalibus veri ponderis, quos manu coniuncta fideiussit pro G w i d o n e Italico, quondam campsore Cracovie manente, ita, quod ad certum tempus videlicet ad festum sancti Stanislai in autumpno preteritum de curia Romana per societatem ipsius ipsum expedire et quitare [se obligavit] et non fecit, quos retinet violenter. Habent primum terminum ad duas septimanas et pro totidem dampni.

Ed. Helzel, II, nr. 2437.

70. *Margaretha uxor Antonii de Florentia procuratorem suum in Wratislavia constituit.*

Cracoviae, 8 Augusti 1432.

Margaretha uxor Antonii Iohannis de Florencia, qui fuit supparius, per dominum Iohannem Sweydniczer, quem sibi ad hoc sumpsit pro tutore, constituit Andream famulum prefati

mariti sui hoferichter in Legnicz czu vorkundegen ire echte not gerichtiglich czu Breslow, do hyn sy vorburgt ist von Smedchens wegen und Falkinhaus und Teschners. Wenn sy unsers herrn des königis gefangene ist und do hinaws czu gerichte nicht komen kan.

Arch. civitatis Cracoviae, Acta scabinalia 1419–1446, p. 44.

71. *Causa inter Nicolaum Vagii Italicum et Nicolaum de Tarnawa supparium.*

Cracoviae in castro, 28 Maii 1434.

Nicolaus Wadzi, Italicus Cracovie manens, iuramento corporali 28 marcas in Nicolao de Tarnawa utriusque [salis] zuppario ratione salarii septimanalis pro 14 septimanis acquisivit.

Starodawne prawa polskiego pomniki, VII, Ulanowski, Inscriptiones clenodiales, p. 462, nr. 1304. *Cf. etiam alia eandem causam spectantia* ibidem, p. 462–465, nr. 1305–1332. 28. V. — 30. VII. 1434.

72. *Antonius de Florentia et Seraphin de Cracovia, salis utriusque et Russiae supparii recognoscunt, se suppas salis utriusque videlicet Bochnensis et Vielicensis in terra Cracoviensi, necnon Premislienses, Sanocenses et in Iassenicza in terris Russiae sitas et erectas, a Wladislao rege Poloniae cum iuribus, cum quibus ipsas Petrus Pykaran, mercator de Venetiis, strenuusque et nobilis dominus Abraham Niger et Nicolaus de Tarnawa atque ipse Antonius habuerunt, ad sex annos continuo se sequentes, quinque annis pro 15000 marc. annuatim, sexto vero anno pro 18000 marc. mon. polon. arendasse.* [1]

Cracoviae, 25 Octobris 1434.

Piekosiński, Cod. dipl. Minoris Poloniae IV, p. 293–296, nr. 1312.

[1] *Antonius separatim hanc addit recognitionem*: « Ultimo ego Anthonius seorsum cupio fore notum universis, quibus expedit, quod ipsi serenissimo domino regi restabat actio mecum super certis summis florenorum et aliis debitis ac pecuniis per serenissimum principem dominum Wladislaum dive ac eterne memorie Polonie regem, progenitorem suum pre-

73. *Recognitio de debitis Ludovici de Florentia, civis Ilkussiensis.*

Cracoviae, 11 Decembris 1434.

Sabato post festum Conceptionis beate Virginis Hermannus Zelige, advocatus noster, recognovit, quod Lodovicus Italicus fecit recognitionem debitorum in scedula coram eo presentata de verbo ad verbum in hunc modum.

Ego Lodovicus de Florencia, civis Ilkussiensis, recognosco per presentes, quia certi et veri debiti dudum tenti sum honesto Heynrico Weyssinburg, civi Cracoviensi et filio eius Heynrico obligatus in 34 marc. gross., cuius debiti termini solutionis iam diu preterierunt, attamen volens huiusmodi solucioni parere et ulterius in debitis non iacere, promitto bona fide et sine dolo infra hinc et festum sancti Martini proxime venturum solvere indilate dictas 34 marcas, quas si non solvero, extunc exconvincationi, qua exconvincatus sum per venerabilem dominum Andream de Brick, baccalarium sancte theologie, conservatorem universitatis Cracoviensis, tamdiu volo subesse, quousque dictas 34 marcas ad plenum exsolvero. Ceterum recognosco, quod dictus Heynricus Weyssenburg pro me fideiussoria cautione in 10 marcas monete erga Petrum Bohem, civem Cracoviensem, est obligatus. Quas quidem 10 marcas promitto dicto Heynrico fideiussori meo ad festum sancti Iacobi proxime venturum solvere indilate sine fraude et dolo, quas si non solverim, extunc idem Heynricus in dictis 10 marcis monete potest in Ilkus arrestare omnia bona mea, que nunc habeo, ad que primus esse debet; et hiis bonis meis arrestatis uti potest tamquam hiis, quibus omnia iura executus

carissimum, mihi mutuatis, [super quibus] cum serenitate in hunc finem omnibus complanatis recognitionibus, quittationibus, differentiis et debitis ac ipsorum inscriptionibus mutuis, quae datam presentium precesserunt, mutilatis et in nihilum redactis, deveni et venio per presentes recognoscoque me obligando ipsi domino meo Polonie regi in 1500 florenis hungar. iusti et veri ponderis, cui debito ipsum Seraphin socium meum in nullo volo subiacere». *Cf. nr. 67.*

esset, et si dicto Heynrico in bonis meis quid defecerit vel eadem bona per alios creditores obligata vel arrestata prius essent, extunc promitto, quod in captivitatem in Cracovia vel in Ilkus vel ubicumque me arrestaverit vel esse cognoverit, volo sine omni iuris strepitu intrare et de ista captivitate vel solutione recogniti debiti superius descripti nolo me nec literis regalibus nec privilegiis civitatis Ilkussiensis, ubi modo civis sum, vel cuiuscumque alterius libertatibus defendere vel evadere, sed simpliciter solutioni dicti mei debiti volo parere vel sponte captivus esse usque ad plenariam dictorum debitorum meorum solutionem. Et solutio pretacti debiti non alibi, nisi coram advocato Cracoviensi, qui pro tempore fuerit, esse debet.

Arch. civit. Cracoviae, Acta scabinalia 1419–1446, p. 98.

74. *Arrestatio bonorum Antonii de Florentia in Nova civitate Stiriensi.*

Cracoviae, 19 Octobris 1435.

Sententiatum est, quod Martinus Weyseman probare debebit inter sex septimanas 18 abdomadis (*s*), quod ipse in Nova civitate Stiriensi arrestavit bona Antonii Iohannis de Florentia, quondam supparii, et non bona Erhardi Cristan, pro qua probatione facienda fideiussit Stano Weyngarth, et ex adverso, quod Erhardus Cristil (*s*) ipsam audiat probationem, fideiussit Iohannes Teschner.

Arch. civit. Cracoviae, Acta scabinalia 1419–1446, p. 115.

75. *Evacuatio domus Albicii Italici pro Nicolao Bochsinmeister monetario.*

Cracoviae, 25 Aprilis 1438.

Sententiatum est Nicolao Bochsinmeister monetario, quod evacuari ei debet domus Albicii Italici et ipse eam tenere debet per annum et diem, acturum desuper quatuor querelas iudiciales; in causa vero, quod aliquis alicuius eandem domum voluerit convenire, extunc ipse Albicius propinquior esse debet ad huiusmodi conventionem.

Arch. civit. Cracoviae, Acta scabinalia 1419–1446, p. 156.

76. *Testamentum Bonae relictae Petri Bicharani.*

Venetiis, 8 Iulii 1438.

[Anno] 1438, mensis Iulii die 8, indictione prima, Rivoalti. Divine inspirationis etc. Quapropter ego Bona Bicharano, relicta quondam ser Petri Bicharano, [1] de confinio Sancte Trinitatis, infirma corpore sane tamen mentis et intellectus gratia Dei premeditans etc. In quo quidem meo testamento instituo et esse volo meos fideles commissarios et huius mei testamenti et ultime voluntatis executores, virum nobilem ser Anthonium Diedo et do[mi]nam Donatam eius uxorem, et ser Nicolaum Dolce et Nicholaum Bicharano condam ser Francisci, qui debeant executioni mandare omnia, que inferius ordinabo, et si omnes quatuor non possent vel nollent huic mee [voluntati] intendere, volo quod maior pars eorum possit et valeat hanc meam commissariam administrare. Primo dimitto dominabus Sancti Andree de Zirata ducatos 15 auri pro anima mea, ut rogent Deum pro anima mea. Item dimitto fratri Felici sancti Francisci de Vinea de Venetiis pro sua necessitate ducatos 10, ut roget Deum pro anima mea. Item dimitto domino fratri Iacobo Delphino dicti ordinis ducatos 10 auri pro sua necessitate, et si non veniret Venetias ex hoc viazio, dicti ducati dentur monasterio Sancte Brigide de Venetiis pro anima [mea]. Item dimitto sorori Donate Bicharano, moniali monasterii Corporis Christi, ducatos 5 auri pro anima mea, et si esset mortua tempore obitus mei, veniant in dictum monasterium [2] libere. Item dimitto pro una

[1] *Petrus Bicaranus mortuus est anno 1424 a 23 Maii ad 12 Septembris, quia in Actis Scabinorum Cracoviensium nr. 5, p. 91 sub die 23 Maii 1424 leguntur:* Iohannes, quondam in Ilkus — obligaverat — omne ius, quod habet ad domum, in qua habitat Petrus Bycoran, in circulo, penes domum domini Erasmi Grzymale; *et in* Petizion-Sentenze a giustizia vol. 37, c. 43v (Venetiis, Archivio di Stato) *sub die 12 Septembris 1424 causam agit cum quibusdam* ser Franciscus Bicarano condam domini Petri. (*Cf. etiam huius editionis nr. 43*).

[2] *MS.* dicto monasterio.

caritate fienda pauperibus sancti Lazari ducatos 4 auri pro anima mea. Item dimitto pro missis sancti Gregorii ducatos 11 auri pro anima mea celebrandis. Item dimitto loco Sancte Marie de Nazareth ducatum 1 auri pro anima mea. Item dimitto sorori Blanche de Cha Dolce, in monasterio Sancte Catherine de Saccis, ducatos 10 auri, ut roget Deum pro anima mea. Item dimitto domine Blaxie ducatos 3 auri, ut roget Deum pro anima mea, et si esset mortua tempore mortis mee, veniant in dominam Anthoniam matrem Zanini Misete. Item dimitto domine Urse sancte Trinitatis matri Paulini in . . . [1] sancte Trinitatis ducatos 5 auri pro anima mea, et habeat unam capam et unam socham ex melioribus, quas habeam, pro anima mea et unam peliciam meliorem, quam habebo illo tunc. Item dimitto suprascripto et infra Frederico plebano, notario et cancellario huius mei testamenti, ducatos 10 auri in presentia testium infrascriptorum. Item dimitto suprascripte Donate Diedo, commissarie mee, ducatos 25 auri pro anima mea. Item dimitto suprascripto Nicolao Dolce, commissario meo, ducatos 50 auri pro anima mea. Item dimitto sorori Clare Dolce, moniali in monasterio Sancti Andree de Zirata, filie mee, ducatos 20 auri in signum caritatis. Verum, quia Tomas Serial, nepos meus, ad mortem suam michi legavit unam partem terciam residui sui, volo, quod si aliquid unquam michi vel commissarie mee posset expectare pro dicta tercia parte, quod totum illud deveniat in Nicolaum Dolce libere suprascriptum. Item dimitto et dari volo uni persone, que vadat Assisium pro anima mea ducatos 5 auri ad accipiendam indulgentiam pro anima mea. Item, cum Maria Bicharan, olim nurus mea, michi legaverit per suum testamentum ducatos 10 auri, volo, quod exigantur, et ex eis dimitto ducatos 5 auri fratribus monasterii Sancti Francisci a Vinea de Venetiis et alios 5 ducatos ex ipsis dimitto fratribus monasterii Sancte Brigide, ut fratres dicti monasterii orent Deum pro anima mea. Item dimitto Marine, uxori ser Nicolay Abuoto, ducatos 25

[1] *Locus illegibilis.*

auri pro anima mea. Residuum vero omnium aliorum bonorum meorum, mobilium et immobilium, caducorum et inordinatorum, michi quomodocumque spectantium et pertinentium, dimitto suprascripto Nicolao Bicharano[1] libere et expedite.

Venetiis, Archivio di Stato, Sez. Notarile, Testamenti. — Bª. 364, n. 398. *In dorso:* Testamentum domine Bone Bicharano condam ser Petri Sancte Trinitatis.

77. *Albicius Italicus Stano Streicher debitum recognoscit.*

Cracoviae, 23 Ianuarii 1439.

Albicius recognovit se teneri domino Stano Streicher 57 flor. Ungaricales in anno, quos promisit solvere ad festum Pasce proximum futurum indilate, in quibus obligavit sibi medietatem domus sue, site inter domos Ielgine et Petri Edlinger, ex opposito ecclesie beate Marie Virginis, tali modo et conditione, si ipse Albicius dictos 57 flor. non exsolverit ad terminum prefixum, extunc idem dominus Stano Streicher potest et debet facere cum ipsa medietate domus tamquam omnia iura desuper essent pacta.

Alia manu: Item feria crastina Corporis Christi adiudicatum est sibi investitura. Item feria in iudicio magno diei sanctorum Iohannis et Pauli adiudicatum est domino Streicher evàcuatio medietatis domus suprascripte in octo diebus fienda.

Arch. civit. Cracoviae, Acta scabinalia 1419–1446, p. 172.

[1] *Iste Nicolaus Bicaranus, nepos Petri, supparii Cracoviensis, reversus esse videtur in Poloniam eumque spectat inscriptio iudicialis impressa apud* Helzel Starodawne prawa polskiego pomniki II, p. 576, nr. 3351ª a. 1448: «Nicolaus Pykaran, tenutarius in Muschyna, contumax in termino primo contra reverendum in Christo patrem dominum Sbigneum, episcopum Cracoviensem, iuxta litteram citatoriam, videlicet pro eo, quod se intromisit in castrum Muschyna, in terra Cracoviensi pacifica, et recepit omnes census et redditus sicut 2000 marcarum et dampni totidem»

78. *Executor testamenti Albicii de Medicis domum eiusdem Iohanni Hoze resignat.*

Cracoviae, 18 Novembris 1439.

Iudicium magnum in octava sancti Martini feria quarta. Burgrabius dominus Petrus Tarnow, scultetus Iohannes Ederer.

Dominus Paulus, capellanus apud beatam Virginem, executorio nomine testamenti olim Albicii Italici defuncti per Michaelem aurifabrum medietatem domus eiusdem olim Albicii, retro ecclesiam beate Virginis site, cum omnibus eiusdem iuribus, modis et limitibus domino Iohanni Hoze libere resignavit et promisit pro omni impetitione secundum ius civitatis.

Arch. civit. Cracoviae, Acta scabinalia 1419-1446, p. 191.

ADDITAMENTA

79. *Urbanus pp. VI quibusdam mercatoribus Lucanis pecuniarum summas in partibus Poloniae et aliis collectas recipiendi dat facultatem.*

Lucae, 19 Augusti 1387.

Urbanus etc. Dilectis filiis Castrucio Sagine et Antonio de Podio ac Martino Giuntorini, civibus et mercatoribus Lucanis, sociis, factoribus et procuratoribus dilectorum filiorum Dini et Michaelis ac Leazarii de Guinisiis et sociorum, civium et mercatorum Lucanorum, salutem etc. Gerentes de vestri fidelitate fiduciam in Domino specialem, speramus, quod ea, que vobis duxerimus committenda, per vos fidelibus studiis executioni debite mandabuntur. Hinc est, quod nos vobis et cuilibet vestrum a quibuscunque collectoribus et succollectoribus ac aliis officialibus camere apostolice in Alamanie, Boemie, Ungarie, Polonie, Sclavonie, Dalmacie et Romanie partibus consistentibus et per nos seu auctoritate nostra deputatis ibidem, necnon ab aliis quibuscunque personis partium quarumcunque, qui prefate camere quascunque pecuniarum summas per se vel alium seu alios ex quacunque causa, preterquam de communibus, servitiis solvere voluerint seu debebunt, huiusmodi pecuniarum summas nostro et dicte camere nomine petendi, exigendi et recipiendi, de conscientia tamen venerabilis fratris nostri Angeli, episcopi Castellanensis, fructuum et proventuum dicte camere in nonnullis partibus debitorum collectoris, cui per alias nostras litteras commisimus, ut personas easdem de hiis, que vobis seu alteri[1] vestrum solverint, ut prefertur,

[1] *MS.* alterius

auctoritate nostra quitare possit, plenam et liberam concedimus tenore presentium facultatem. Volumus autem, quod de omnibus, que premissorum occasione recipere quomodolibet vos seu alterum vestrum continget, duo publica consimilia fieri faciatis instrumenta, quorum unum ad dictam cameram destinare curetis, penes vos reliquo reservato. Datum Luce 14 kalendas Septembris, pontificatus nostri anno decimo.

Reg. Vat. 311 f. 85. — *In fine:* De curia. F. Lanz[anico]. — L. Fabri. — *Reg.* Krofta, Monumenta Vaticana Bohemiae, vol. V, nr. 147.

80. *Urbanus pp. VI Angelo, episcopo Castellano, in quibusdam partibus proventuum camerae apostolicae collectori, mandat, quatenus pecunias a se collectas mercatoribus Lucanis nominatim expressis assignet.*

Lucae, 19 Augusti 1387.

Urbanus etc. Venerabili fratri Angelo, episcopo Castellan., fructuum et proventuum camere in nonnullis partibus debitorum collectori, salutem etc. Hodie dilectis filiis Castrucio Sagine et Antonio de Podio et Martino Giuntorini, civibus et mercatoribus Lucanorum, sociis, factoribus et procuratoribus dilectorum filiorum Dini et Michaelis ac Leazarii de Guinisiis et sociorum, civium et mercatorum Lucanorum, a quibuscunque collectoribus et succollectoribus ac aliis officialibus camere apostolice in Alamanie, Boemie, Ungarie, Polonie, Sclavonie, Dalmacie et Romanie partibus consistentibus et per nos seu auctoritate apostolica deputatis ibidem, necnon ab aliis quibuscumque personis partium quarumcunque, qui prefate camere quascunque pecuniarum summas per se vel alium seu alios ex quacunque causa, preterquam de communibus servitiis dumtaxat, solvere vellent seu deberent, huiusmodi pecuniarum summas nostro ac dicte camere [nomine] petendi, exigendi et recipiendi, de tua tamen conscientia, per nostras litteras plenam et liberam concessimus facultatem, prout in eisdem litteris plenius continetur. Volentes itaque collectoribus et succollectoribus ac officialibus necnon aliis personis huiusmodi, qui pecunias ipsas solverint, ut prefertur, de oportuna et salubri

providere cautela, fraternitati tue omnes et singulos collectores et succollectores ac officiales ac alias personas huiusmodi et alios, quorum interfuerit, de hiis dumtaxat, que prefatis Castrucio, Antonio et Martino seu eorum alteri nostro et dicte camere nomine, ut premittitur, persolverint, auctoritate nostra quitandi et liberandi ac etiam absolvendi plenam et liberam tenore presentium concedimus facultatem. Volumus autem, quod de omnibus et singulis, que per prefatum Castrucium, Antonium et Martinum seu eorum alterum premissorum occasione recipi contigerit, duo publica consimilia confici facias instrumenta, quorum unum ad dictam cameram destines, penes te reliquo reservato. Datum Luce 14 kalendas Septembris, pontificatus nostri anno decimo.

Reg. Vat. 311 f. 85v. — *In fine:* De curia. — Io. Angladiis. — F. de Lanz[anico]. — *Reg.* Krofta op. cit. nr. 148.

81. *Textores Florentini ius civile civitatis Casimiriae apud Cracoviam accipiunt.*

1394.

Item Bernhardus et Iacobus fratres uterini, magistri in arte textoriaca, pie recordacionis filii Bonacursi, de Florencia civis, acquisiverunt ius civile.

Kutrzeba, Ludnosc' miasta Kazimierza etc., Rocznik krakowski, vol. III, p. 196.

82. *Bonifacius pp. IX a Philippo de Guidottis, campsore Bononiensi, 4000 flor. mutuat.*

Romae, 23 Decembris 1395.

Bonifacius etc. universis etc. salutem etc. Universitati etc. quod hodie a dilecto filio Philippo de Guidottis, cive et campsore Bononiensi, per manus dilectorum filiorum Doffi de Spinis et Benedicti de Bardis, socii dilecti filii Iohannis de Medicis, campsoris Florentini, in Romana curia residentium, nobis et camere apostolice ipsius Philippi nomine persolventium pro necessitatibus dicte camere incumbentibus 4000 floren. auri de

camera in pecunia numerata ex mutui causa recepimus. Idcirco huiusmodi mutuum ab eodem Philippo ad singularem camere prefate in presentiarum exhauste pecuniis onerum subvencionem atque succursum precipuum nobis merito ascribentes, tenore presentium mutuum recognoscimus prelibatum, promittentes infra biennium proxime adventurum eidem Philippo seu ipsius procuratori legitimo huiusmodi florenorum summam de pecuniis ad dictam cameram spectantibus integre restitui et persolvi facere cum effectu. Datum Rome apud sanctum Petrum 10 kalendas Ianuarii, anno septimo.

Reg. Vat. 315 f. 12. — *In fine:* De curia. — Io. de Bononia. — Valentinus.

83. *Bonifacius pp. IX Iacobo de Guidottis, in regno Poloniae collectori, mandat, quatenus Philippo de Guidottis 2000 florenorum de proventibus camerae in Polonia assignet.*

Romae, 23 Decembris 1395.

Bonifacius etc. Dilecto filio Iacobo de Guidottis, electo Imolensi, referendario nostro ac fructuum et proventuum camere apostolice in regno Polonie et nonnullis aliis partibus debitorum collectori, salutem etc. Nuper a dilecto filio Philippo de Guidottis, cive et campsore Bononiensi, per manus [dilectorum filiorum Doffi de Spinis et Benedicti de Bardis, socii dilecti filii Iohannis de Medicis, campsoris Florentini, in Romana curia residentium, nobis et camere apostolice ipsius Philippi nomine persolventium pro necessitatibus dicte camere incumbentibus 4000 floren. auri de camera in pecunia numerata ex mutui causa] [1] recepimus ac promisimus deinde ad biennium tunc proximo adventurum eidem Philippo seu ipsius procuratori legitimo huiusmodi florenorum summam de pecuniis ad dictam cameram spectantibus integre restitui et persolvi facere cum effectu, prout in nostris litteris inde confectis plenius continetur. Nos volentes premissa debite observare, ac etiam effectui

[1] *MS.* etc. ut in proxima usque: recepimus.

ante terminum possetenus facere demandari, devotioni tue districte per apostolica scripta iniungimus et mandamus, quatinus de pecuniis ad dictam cameram spectantibus, per te collectis et colligendis, 2000 florenorum predictorum eidem Philippo vel procuratori suo predicto, quacunque mora et obiectione remotis, tradas integre et persolvas. Nos enim Philippo prefato per se aut procuratorem suum predictum te nostro et camere predicte nomine a dicta 2000 floren. summa quitandi et perpetuo liberandi plenam et omnimodam concedimus tenore presentium facultatem, volentes, quod de solutione et quitatione ac liberatione huiusmodi duo consimilia confici facias publica instrumenta, quorum uno penes te pro tui cautela retento, reliquum [1] ad dictam cameram transmittere non omittas. Datum [Rome apud sanctum Petrum 10 kalendas Ianuarii, anno septimo] [2].

Reg. Vat. 315, f. 12v. — *In fine:* De curia. — Io. de Bononia. — Io. de Ferentino.

84. *Bonifacius pp. IX collectori in regno Poloniae mandat, quatenus de proventibus camerae apostolicae in Polonia Francisco de Sancto Severino 1302 flor. assignet.*

Romae, 23 Maii 1398.

Bonifacius etc. Dilecto filio .. collectori fructuum et proventuum camere apostolice debitorum in civitate et diocesi ac provincia Gneznensi salutem etc. Cum dilectus filius nobilis vir Franciscus de Sancto Severino, domicellus Camerinensis diocesis, a nobis et camera apostolica 1302 flor. de camera recipere teneatur, nos volentes dicto Francisco, qui nobis et Romane Ecclesie fideliter servivit, de huiusmodi pecuniis integre satisfieri et cum effectu, discretioni tue per apostolica scripta mandamus, quatenus de pecuniis dicte camere per te collectis et inantea colligendis prefatos 1302 flor. dicto Francisco vel procuratori suo, eius nomine ad hoc ab eo specia-

[1] *MS.* Reliquo.

[2] *MS.* Datum ut in proxima.

liter constituto, nostro et dicte camere nomine tradere et effectualiter assignare procures. Nos enim prefato Francisco ac eius procuratori praedicto quitandi et absolvendi te nostro et dicte camere nomine de predictis 1302 florenis, quos sibi assignabis, ut prefertur, plenam concedimus tenore presentium facultatem. Datum Rome apud sanctum Petrum 10 kalendas Iunii, pontificatus etc. anno nono.

Reg. Vat. 317 f. 92–92ᵛ. — *In margine:* Assignacio. — *In fine:* De curia — A. de Portugruario. — F. de Florentia.

85. *Salvus conductus pro Ludovico de Ballionibus, mercatore Perusino, ad partes Poloniae et alias in negotiis camerae apostolicae proficiscenti.*

Romae, 17 Aprilis 1398.

Bonifacius etc. Venerabilibus fratribus patriarchis etc. salutem etc. Cum dilectum filium Ludovicum de Ballionibus, mercatorem Perusinum, apostolice Sedis nuncium, ad partes Alamanie necnon Boemie, Dacie, Swecie, Norvegie et Polonie regna et nonnullas alias mundi partes pro nonnullis nostris et sancte Romane Ecclesie negociis peragendis duxerimus destinandum, nos cupientes eundem Ludovicum, harum exhibitorem, cum sociis, familiaribus, equitaturis, navigiis, valisiis, bonis et rebus eorum in eundo, stando et ad nos redeundo plena securitate gaudere, universitatem vestram rogamus et hortamur attente, quatenus eundem Ludovicum, cum per portus, passus, terras, districtus et loca vestra transitum fecerit, pro nostra et apostolice Sedis reverentia benigne recommendatum habentes et honorifice pertractantes, nullam ei ac sociis et familiaribus suis prelibatis in personis, equitaturis, navigiis, valisiis, bonis et rebus predictis inferatis iniuriam, molestiam vel offensam, nec ab aliis, quantum in vobis fuerit, permittatis inferri, sed potius absque solutione alicuius datii, pedagii vel gabelle et quacunque alia exactione ac impedimento aliquo transire permittatis, sibique de securo conductu, si a vobis illum petierint, sic providere libere studeatis, quod vestra

possit exinde apud nos devotio merito commendari. Datum Rome apud sanctum Petrum 15 kalendas Maii, anno nono.

Reg. Vat. 315 f. 331. — *In fine:* De curia — A. de Portugruario. — Io. de Tremosnicz. — *Reg.* Krofta op. cit. nr. 1287.

86. *Bonifacius pp. IX cantori Wratislaviensi et decano Praemisliensi mandat, quatenus episcopum Wladislaviensem ad restitutionem 4100 florenorum Benedicto de Bardis, mercatori Florentino, debitorum, cogant.*

Romae, 30 Aprilis 1401.

Bonifacius etc. Dilectis filiis .. preposito et .. cantori Wratislaviensis ac .. decano Premisliensis ecclesiarum salutem etc. Cum semper dilectus filius Benedictus de Bardis, mercator Florentinus, in Romana curia commorans, venerabili fratri nostro Conrado, archiepiscopo Nicosiensi, camerario nostro 4100 flor. auri de camera boni et iusti ponderis pro fructibus, redditibus et proventibus ecclesie Wladislaviensis, tunc per obitum bone memorie Henrici, episcopi Wladislaviensis, extra Romanam curiam defuncti, pastore carentis, iuxta quandam ordinationem per nos dudum factam, per quam certos fructus, redditus et proventus omnium ecclesiarum cathedralium ex tunc inantea vacaturarum reservavimus nobis et camere apostolice, debitis, ad instantiam venerabilis fratris nostri Nicolai Wladislaviensis, tunc Poznaniensis episcopi, de cuius persona dicte ecclesie tunc, ut prefertur, pastore carenti, de fratrum nostrorum consilio nuper etiam duximus auctoritate apostolica providendum, seu dilecti filii Nicolai Panesconis, scolastici ecclesie Cracoviensis, eiusdem Nicolai episcopi procuratoris, in numerata pecunia effectualiter duxerit persolvendos, nos indempnitati dicti Benedicti, prout est decens, providere volentes, sibi huiusmodi 4100 flor. tam a Nicolao episcopo seu Nicolao Panesconis procuratore prefatis, quam alias ab episcopo Wladislaviensi, pro tempore existente, exigendi ac ipsos ad huiusmodi solutionem compellendi seu compelli faciendi, plenam et liberam per quasdam nostras certi tenoris litteras concessimus facultatem, et, sicut accepimus,

prefatus Benedictus vigore huiusmodi nostrarum litterarum consequi nequeat iusticie complementum; Nos igitur, qui omnibus sumus in iusticia debitores et hiis presertim, qui Romanam sequuntur curiam et mercanciarum exercitiis honorant pariter et extollunt, volentes super hiis de oportuno remedio providere, ne ipse Benedictus in consequendis pecuniarum summis huiusmodi suscipiat in aliquo lesionem, discretioni vestre per apostolica scripta mandamus, quatenus vocatis Nicolao, episcopo Wladislaviensi, et Nicolao Panesconis, scolastico, aut alias episcopo Wladislaviensi, pro tempore existenti, prefatis nec non aliis, qui fuerint [1] evocandi et auditis hinc inde propositis, quod iustum fuerit, per vos vel alium seu alios decernatis, facientes, quod decreveritis, per censuram ecclesiasticam firmiter observari, contradictores quoslibet et rebelles, cuiuscunque conditionis, ordinis, status vel dignitatis extiterint, auctoritate nostra appellatione postposita compescendo. Non obstantibus, si eisdem Nicolao episcopo et Nicolao scolastico vel quibusvis aliis communiter vel divisim a Sede apostolica sit indultum, quod excomunicari, suspendi vel interdici aut extra loca ad iudicium evocari non possint, per litteras apostolicas non facientes plenam et expressam ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem et qualibet alia dicte Sedis indulgentia, per quam huiusmodi iurisdictionis explicatio in hac parte valeat quomodolibet impediri. Constitucionibus tam felicis recordationis Bonifacii pape VIII, predecessoris nostri, in quibus cavetur, ne quis, nisi in certis exceptis casibus extra suam civitatem et diocesim nec in illis ultra unam dietam a finibus earundem ad iudicium evocetur, quam duabus dietis, editis in concilio generali, dummodo ultra tertiam vel quartam aliquis extra suam diocesim auctoritate presentium [2] ad iudicium non trahatur et aliis in contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque. Quod si non omnes hiis exquendis potueritis interesse, duo aut unus vestrum ea nichilominus quo ad actum expressum quemlibet exequatur.

[1] *MS.* fuerunt

[2] *MS. sequitur* aliquis

Datum Rome apud sanctum Petrum 2 kalendas Maii, pontificatus etc. anno duodecimo.

Reg. Vat. 317, f. 112-113. — *In fine*: De curia. — F. de Montepoliciano. — Marcus — *Reg.* Krofta, op. cit. nr. 1775.

87. *Gregorius pp. XII Mazzeo de Lambertis, collectori in regno Poloniae, mandat, quatenus de proventibus camerae apostolicae in Polonia Carolo de Branchaciis 400 florenos solvat.*

Viterbii, 18 Augusti 1407.

Gregorius etc. Dilecto filio Ma[t]zeo de Lambertis, archidiacono Vratislaviensi, in regno Poloniae iurium apostolice camere debitorum collectori, salutem etc. Fervor devotionis et fidei, quem dilectus filius, nobilis vir, Carolus de Branchacys, miles Neapolitanus, comes Campanie, ad nos et Romanam gerit Ecclesiam ac grata et accepta servitia, que nobis et dicte Ecclesie solicitis studiis impendere non desistit, non immerito promerentur, ut eius necessitatibus, quantum honeste possumus, occurramus. Eapropter devotioni tue presentium tenore mandamus, quatenus de pecuniis apostolice camere penes te existentibus seu de primis, quas te habere continget, 400 florenos auri de camera eidem Carolo comiti seu eius procuratori, ad id speciale mandatum habenti, quos nos sibi de apostolica liberalitate donamus, studeas realiter assignare, non obstante mandato per nos aut gentes camere alias tibi facto de pecuniis dicte camere per assignationem aut mandatum aliquod non solvendis. Nos enim comiti aut procuratori predictis absolvendi te ac quitandi de hiis dumtaxat, que eis aut alteri ipsorum hac de causa usque ad predictam summam tradideris, plenam tenore presentium concedimus facultatem. Datum Viterbii 15 kalendas Septembris, pontificatus nostri anno primo.

Reg. Vat. 336, f. 104. — *In margine*: Assignatio pro domino Carolo comite Campanie de florenis IIIIc. — *In fine*: Gratis de mandato domini nostri pape. Collacion. Io. de Goch. — F. de Montepoliciano. — P. de Casaciis.

88. *Iohannes pp. XXIII Conrado, decano Wratislaviensi, mandat, quatenus Franciscum Floser, canonicum Wratislaviensem, omnes pecuniarum summas, per ipsum post obitum collectoris camerae, Mazzei de Lambertis, receptas, ad assignandum Albicio Calenti de Medicis, nomine camerae recipienti, cogat.*

Bononiae, 28 Septembris 1415.

Ioannes etc. Dilecto filio Conrado, decano Vratislaviensi, salutem etc. Dudum cum quondam Matzeus de Lambertis, archidiaconus Vratislaviensis, qui per multa tempora iurium et proventuum apostolice camere in regno Polonie debitorum collector extiterat, ac multas peccuniarum summas ac res et bona ad eandem cameram pertinentia perceperat, de quibus nulla reddita racione, sed, ut dicebatur, certa depositione rerum ad se spectantium facta, sicut Domino placuit, de presenti seculo decessisset, nos dilecto filio Francisco Floser, canonico Vratislaviensi, eadem bona et res ad dictum quondam Matzeum spectantia, a quibuscumque detentoribus eorundem petendi, exigendi et recipiendi, etiam si per multas manus transierint, ac ea detinendi et conservandi, quoadusque de receptis per dictum Matzeum et expositis esset gentibus dicte camere fidelis exhibitus computus et debite approbatus, per nostras certi tenoris litteras commissimus exigenda, et successive voluimus sibique mandavimus, quatenus omnes et singulas peccuniarum summas et rerum quantitates, quas ex predicta causa contingeret eum recipere, dilecto filio Albizo Calenti de Medicis traderet et realiter assignaret, eidem Albizo quictandi et absolvendi de receptis dumtaxat plena per nos potestate concessa, ut in nostris litteris inde confectis plenius continetur. Cum autem, sicut accepimus, dictus Franciscus Floser peccuniarum summas et rerum quantitates, per eum ex hac causa receptas, eidem Albizo integre assignare recuset, licet res aliquas tradidisse dicatur, discretioni tue tenore presentium commictimus et mandamus, quatenus eundem Franciscum Floser moneas et per censuram ecclesiasticam et alia iuris remedia auctoritate nostra compellas, ut predicto Albizo omnes et quascunque pecuniarum et rerum

quantitates, que ad manus suas ex dicta causa hactenus provenerunt seu in futurum provenient, integraliter tradat et sine diminutione consignet iuxta modum et formam in predictis nostris litteris expressam. [1] Datum Bononie 4 kalendas Octobris, anno quinto.

Reg. Vat. 346, f. 256. — *In margine*: De curia. — *In fine*: Coll. per me P. de Tulhia. — P. de Casaciis.

89. *Salvus conductus pro Iacobo de Paravesinis, nuntio Martini pp. V, in Poloniam et alias in partes proficiscenti.*

Romae, 24 Novembris 1421.

Martinus etc. Venerabilibus fratribus patriarchis etc. salutem etc. Com dilectus filius nobilis vir Iacobus de Paravesinis, domicellus Mediolanensis, familiaris et nuncius noster, pro nonnulis nostris et Romane Ecclesie arduis negotiis habeat ad Italie, Germanie, Ungarie, Boemie, Polonie, Lithuanie et nonnullas alias mundi partes dante Domino proficisci, nos cupientes eundem Iacobum, comitivam, familiares, animalia et omnia bona sua in eundo, stando et redeundo plena ubique securitate gaudere, universitatem vestram et vestrum singulos presentium tenore requirimus et hortamur in Domino, quatenus pro nostra et apostolice Sedis reverentia prefatum Iacobum cum eius comitiva, familiaribus, animalibus, rebus et bonis prefatis benigne recipientes, sinatis per nostra et vestra territoria, civitates, terras, passus, pontes, vias et quelibet alia loca sine contradictione vel impedimento libere pertransire, stare, recedere et reverti, quotienscunque duxerit requirendum, etiam absque solutione alicuius datii, pedagii vel gabelle, angarii, perangarii *s*, fundinavis et cuiuscumque alterius oneris realis, personalis vel misti, impositi seu etiam imponendi, quinimmo, quotiens requisiti fueritis, de securo transitu, permansione et regressu ac secura scorta liberoque salvo conductu Iacobo, comitive, familiaribus, animalibus, bonis et rebus prefatis sic liberaliter velitis pro nostra et dicte Sedis reverentia pro-

[1] *MS.* expressatam.

videre, quod vestra exinde devotio apud nos et Sedem ipsam valeat non immerito commendari, presentibus post biennium a data presentium computandum minime valituris. Datum Rome apud sanctum Petrum octavo kalendas Decembris, pontificatus nostri anno quinto.

Reg. Vat. 353, f. 281. — *In margine*: M. de Pisis. — *In fine*: Coll. per me M. Gervasii. — G. de Pisis.

INDEX

ERRATA-CORRIGE

Pag. 57, 72, 73, 74 *pro* existente *legendum est, ut in adnotatione,* ente.

Errores in ordine chronologico actorum nr. 61 *et* 85 *rectificat* Conspectus actorum p. XIV *et* XVIII.